Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/bibliothecaehist08diod

38

I

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ

DIODORI SICULI
BIBLIOTHECAE HISTORICAE
LIBRI QUI SUPERSUNT

E RECENSIONE PETRI WESSELINGII
CUM INTERPRETATIONE LATINA LAUR. RHODOMANI
ATQUE ANNOTATIONIBUS VARIORUM INTEGRIS
INDICIBUSQUE LOCUPLETISSIMIS

NOVA EDITIO

CUM COMMENTATIONIBUS III CHR. GOTTL. HEYNII
ET CUM ARGUMENTIS DISPUTATIONIBUSQUE
IER. NIC. EYRINGII

VOLUMEN OCTAVUM

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO VIII

888.9
D ID
HE
VIII

LIBRARY
MAR 23 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

PA
3965
D3
1793
v.8

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ
ΕΝ ΤΗ ΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑΤΗ
ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ.

Ἡ ΓΕΝΟΜΕΝΗ ταραχὴ καὶ στάσις, μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἐν ταῖς δυνάμεσι.

Περδίκκου παράληψις τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν ἐπιμελείας, καὶ διαίρεσις τῶν σατραπειῶν.

Ἀπόστασις τῶν ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις Ἑλλήνων, καὶ ἀποστολὴ στρατηγοῦ [1] Πύθωνος ἐπ' αὐτούς.

[2] Ἀπαγγελία τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν θέσεως, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σατραπειῶν.

Ὡς [3] Πύθων κατεπολέμησε τοὺς ἀποστάντας Ἕλληνας.

1 Πύθωνος Reg. 1. quod malo. Πίθωνος edd. ſemper.
2 Ἐπαγγελία idem.
3 Πύθων Reg. 1.

HAEC IN DECIMO OCTAVO
DIODORI LIBRO
CONTINENTUR.

PERTURBATIO & diſſidium, poſt Alexandri obitum, in exercitu.

Perdiccas regni curationem ſuſcipit, & ſatrapiae dividuntur.

Graecorum in praefecturis ſuperioribus defectio, & Pythonis (delecti ad hoc) imperatoris adverſus illos expeditio.

Aſiae ſitus exponitur, & ſatrapiae in illa recenſentur.

Ut Pythò rebelles Graecos debellarit.

Ὡς Ἀθηναῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς Ἀντίπατρον, τὸν ὀνομασθέντα Λαμιακόν.

Ὡς Λεωσθένης, ἀναδειχθεὶς στρατηγὸς, καὶ συστησάμενος δύναμιν, ἐνίκησε μάχῃ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ συνέκλεισεν εἰς πόλιν [1] Λαμίαν.

Λεωσθένους τοῦ στρατηγοῦ τελευτὴ, καὶ ἐπιτάφιος.

Παράληψις τῶν σατραπειῶν ὑπὸ τῶν [2] μεμερισμένων αὐτάς.

Ἱππομαχία τῶν Ἑλλήνων πρὸς Λεοννάτον, καὶ νίκη τῶν Ἑλλήνων.

Ὡς Ἀντίπατρος, Λεοννάτου σφαγέντος ἐν τῇ μάχῃ, παρέλαβε τὴν Λεοννάτου δύναμιν.

Ὡς Κλεῖτος ὁ τῶν Μακεδόνων ναύαρχος ἐνίκησε δυσὶν ναυμαχίαις τοὺς Ἕλληνας.

Ὡς Περδίκκας Ἀριαράθην τὸν βασιλέα παρατάξει μεγαλῃ νικήσας, ἐζώγρησε τὸν βασιλέα, μετὰ καὶ πολλῶν ἄλλων.

1 Λαμιανὸν Baſil. 2 Μερισάντων Reg. 1.

Ut Athenienſes Antipatro bellum intulerint, quod Lamiacum nominatur.

Ut Leoſthenes imperator creatus, coacto exercitu proelio Antipatrum vicerit, & intra Lamiam urbem concluſerit.

Leoſthenis imperatoris interitus, & oratio in ipſum funebris.

Satrapiae a ſuis quaeque ducibus, quibus in partitione aſſignatae fuerant, occupantur.

Pugna Graecorum equeſtris cum Leonnato & victoria.

Ut Antipater caeſi in pugna Leonnati copias ſibi adiunxerit.

Ut Clitus, Macedonum navarchus, duobus navalibus proeliis Graecos vicerit.

Ut Perdiccas Ariarathen regem, ingenti proelio victum, cum multis aliis ceperit.

Ὡς Κρατερὸς βοηθήσας Ἀντιπάτρῳ, ἐνίκησε τοὺς Ἕλληνας, καὶ κατέλυσε τὸν Λαμιακὸν πόλεμον.

Περὶ τῶν ὑπ' Ἀντιπάτρου πραχθέντων πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.

Περὶ τῶν πραχθέντων ἐν τῷ κατὰ Κυρήνην τόπῳ Πτολεμαίῳ.

Ὡς Περδίκκας ἐμβαλὼν εἰς τὴν Πισιδίαν, Λαρανδεῖς μὲν ἐξηνδραποδίσατο, Ἰσαυρεῖς δὲ πολιορκήσας ἠνάγκασεν ἑαυτούς [1] τε κατασφάξαι, καὶ τὴν πόλιν ἐμπρῆσαι.

Ἀντιπάτρου καὶ Κρατεροῦ στρατεία εἰς [2] Αἰτωλίαν.

Κατακομιδὴ τοῦ Ἀλεξάνδρου σώματος ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἁρμάμαξαν πολυτελείας ἀπαγγελία.

Ὡς Εὐμένης παρατάξει [3] νικήσας Κρατερὸν, κατέσφαξεν ἐν τῇ μάχῃ [4] καὶ Νεοπτόλεμον.

1 Omittit Baſil. at marg. Steph. συνηνάγκασεν αὐτοὺς καταφλέξαι τὴν πόλιν σὺν τοῖς φιλτάτοις ex Reg. 1. In Vatic. συνηνάγκασεν ἑαυτούς.

2 Αἰτωλείαν Baſil.

3 Νικήσας, καταπατηθέντος καὶ ἀποθανόντος Κρατεροῦ ora Steph. & Reg. 1.

4 Haec duo negliguntur a Reg. 2. & Baſil.

Ut Craterus, auxilio veniens Antipatro, Graecis devictis finem bello Lamiaco impoſuerit.

Quae Antipater cum Athenienſibus ceteriſque Graecis tractarit.

De his, quae Ptolemaeus in quodam ad Cyrenen loco peregerit.

Ut Perdiccas, irruptione in Piſidiam facta, Larandenſes ſub haſta vendiderit, & Iſauros vi obſidionis eo adegerit, ut incenſa urbe ſemet ipſi iugularent.

Antipatri & Crateri expeditio in Aetoliam.

Alexandri corpus Babylone Alexandriam deportatur, & quanta vehiculi magnificentia fuerit, enarratur.

Ut Eumenes acie victor, proculcato & exſtincto inter dimicandum Cratero, Neoptolemum confoderit.

Ὡς Περδίκκας εἰς Αἴγυπτον στρατεύσας ὑπὸ τῶν φίλων ἀνῃρέθη.

Ὡς τῶν [1] βασιλέων ἐπιμελητὴς ᾑρέθη Πύθων, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ Ἀῤῥιδαῖος, ὕστερον δ᾽ Ἀντίπατρος.

Ὡς Ἀντίπατρος ἡγεμὼν κατασταθεὶς τῶν ὅλων [2] ἐπεμερίσατο τὰς σατραπείας ἐξ ἀρχῆς ἔν τινι παραδείσῳ τῆς Συρίας.

Ὡς Ἀντίγονος ὑπ᾽ Ἀντιπάτρου κατασταθεὶς στρατηγὸς κατεπολέμησε τὸν Εὐμένη.

Περὶ Εὐμένους καὶ τῶν περὶ αὐτὸν γενομένων παραδόξων μεταβολῶν.

Ὡς Πτολεμαῖος τήν τε Φοινίκην καὶ τὴν κοίλην Συρίαν προσεκτήσατο.

Ὡς Ἀντίγονος Ἀλκέταν ἐνίκησεν ἐπιφανεῖ παρατάξει.

Ἀντιπάτρου θάνατος, καὶ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως παράληψις ὑπὸ [3] Πολυσπέρχοντος.

1 Βασιλείων omnes & Πίθων edd. In Reg. 1. Πύθων.

2 Ἐμερίσατο idem Reg. 1.

3 Πολυπέρχοντος Baſil.

Ut Perdiccas, ducto in Aegyptum exercitu, a ſuis e medio fuerit ſublatus.

Ut Pytho cum Arrhidaeo, ac deinde Antipater, regiae ſobolis curator ſit delectus.

Ut Antipater, ſummus omnium praefectus & arbiter conſtitutus, ſatrapias de integro, in quodam Syriae viridario, ſit partitus.

Ut Antigonus, dux creatus ab Antipatro, Eumenem profligarit.

De Eumene, & mirandis, quas expertus fuerit, mutationibus.

Ut Ptolemaeus Phoenicen cavamque Syriam ditioni ſuae adiunxerit.

Ut Antigonus inſigni proelio Alcetam vicerit.

De Antipatri obitu, regiique exercitus ad Polyſperchontem translatione.

Ὡς Ἀντίγονος μετεωρισθεὶς ἐπί τε τῇ Ἀντιπάτρου τελευτῇ καὶ τοῖς ὑφ' αὐτοῦ κατειργασμένοις, ἀντεποιήσατο τῆς βασιλείας.

Εὐμένους αὔξησις παράδοξος, καὶ παράληψις τῆς τε τῶν [1] βασιλέων ἐπιμελείας, καὶ τῆς Μακεδονικῆς δυνάμεως.

[2] Κασσάνδρου αὔξησις, καὶ πόλεμος πρὸς Πολυσπέρχοντα τὸν ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων, καὶ κοινοπραγία πρὸς Ἀντίγονον.

Ὡς Εὐμένης ἐν Κιλικίᾳ τοὺς Ἀργυράσπιδας παραλαβὼν εἰς τὰς ἄνω σατραπείας ἀπῆλθε, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον παρεσκευάσατο.

Περὶ τῆς Εὐμένους ἀγχινοίας καὶ στρατηγίας, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὰ συμβάντα περὶ Κάσσανδρον κατὰ τὴν Ἀττικὴν, καὶ Νικάνορα τὸν Φρουροῦντα τὴν [3] Μουνυχίαν.

1 Βασιλείων iterum omnes, tum Μακεδονικῶν δυνάμεων Reg. 1.

2 Κασάνδρου & Πολυπέρχοντα Baſil. ſemper. In Reg. 2. etiam & Vat. Πολυπέρχων ubique.

3 Μουνυχίαν Reg. uterque, Μουνιχίαν cett. Porro in Reg. 1. Τὰ συμβάντα περὶ &c. novum faciunt articulum: edd. διὰ τὰ συμβ. praecedentibus artiſſime iungebant.

Ut Antigonus, Antipatri morte, & rebus a ſe geſtis ad maiora erectus, regnum affectarit.

Ut Eumenes inopinato creverit, regiaeque familiae curationem, & Macedonicum agmen fuerit adeptus.

Caſſandri incrementa, & bellum contra Polyſperchontem, regiae aulae procuratorem: cumque Antigono conſpiratio.

Ut Eumenes, aſſumtis in Cilicia Argyraſpidibus, in ſuperiores provincias aſcenderit, & non contemnendum ſibi agmen compararit.

De ingenii perſpicacitate, arteque imperatoria Eumenis, & quae ad finem uſque geſſerit.

Tum quae circa Caſſandrum & Nicanorem, qui Munychiam cum praeſidio tenebat, acciderint.

Φωκίωνος τοῦ χρηστοῦ προσαγορευθέντος θάνατος.

Ὡς Πολυσπέρχων Μεγαλοπολίτας πολιορκήσας, καὶ πολλὰ παθὼν καὶ δράσας, ἄπρακτος ἐπανῆλθεν.

Ὡς Κλεῖτος ὁ Πολυσπέρχοντος ναύαρχος ἐνίκησε ναυμαχίᾳ Νικάνορα τὸν Κασσάνδρου ναύαρχον.

Ὡς Ἀντίγονος ἐπιφανῶς νικήσας ναυμαχίᾳ τὸν Κλεῖτον, ἐθαλαττοκράτησεν.

Ὡς Εὐμένης ὑπὸ Σελεύκου περὶ τὴν Βαβυλῶνα συγκλεισθεὶς εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους, ἐσώθη διὰ τὴν ἰδίαν ἀγχίνοιαν.

Ὡς Πολυσπέρχων, καταφρονηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ταπεινωθεὶς, διεπολέμει πρὸς Κάσσανδρον.

Phocionis, qui Probi cognomentum promeruit, interitus.

Ut Polyſperchon, Megalopolitis obſidione cinctis, poſt multa tum accepta, tum illata damna, infecto negotio abſceſſerit.

Ut Clitus, Polyſperchontis claſſi praefectus, Nicanorem, Caſſandri navarchum, navali pugna ſuperarit.

Ut Antigonus, victoriam de Clito navali conflictu adeptus, maris imperium obtinuerit.

Ut Eumenes, ad Babylonem a Seleuco in extremum diſcrimen coniectus, prudenti ſe induſtria extricarit.

Ut Polyſperchon, a Graecis contemtus, & ad humiliorem conditionem redactus, bellum Caſſandro moverit.

ʹΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

Succeſſorum Alexandri M. hiſtoria uſque ad Agathoclis tyrannidem in Sicilia.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ ὁ Σάμιος καί τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν Φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους· ἀκολούθως δὲ τῷ δόγματι τούτῳ, καὶ προγιγνώσκειν αὐτὰς τὰ μέλλοντα, καθ᾽ ὃν ἂν καιρὸν ἐν τῇ τελευτῇ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν ποιῶνται. τούτοις δὲ ἔοικε συμφωνεῖν καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, παρεισάγων τὸν Ἕκτορα κατὰ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν προλέγοντα τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν μέλλοντα συντόμως αὐ-

Prooemium veterum doctrinam, animos ſub exitum ex hac vita futura praevidere, Alexandri M. exemplo illuſtrat,

1 Titulus deſit Reg. 1. Διοδώρου Σικελιώτου ἱστοριῶν ιη᾽ λόγος Baſ.

DIODORI SICULI

BIBLIOTHECAE HISTORICAE

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

PYTHAGORAS Samius, & quidam Phyſicorum veterum alii, immortales eſſe hominum animas confirmarunt, &, quod huius ſententiae conſectarium eſt, praenoſcere futura, cum, imminente vitae exitu, iam iam a corpore ſegregantur. Quibus & Homerus adſtipulatur, dum Hectorem Achilli de obitu, brevi ſubſecuturo, in ipſo mor-

τῷ συνακολουθήσειν θάνατον. ὁμοίως δὲ [1] καὶ κατὰ τοὺς νεωτέρους χρόνους ἐπὶ πολλῶν καταστρεφόντων τὸν βίον ἱστορεῖται γεγονέναι τὸ προειρημένον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τελευτῆς. οὗτος γὰρ ἐν Βαβυλῶνι μεταλλάττων τὸν βίον, κατὰ τὴν ἐσχάτην ἀναπνοὴν ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, τίνι τὴν βασιλείαν ἀπολείπει; εἶπε, Τῷ ἀρίστῳ· προορῶμαι γὰρ ἐπιτάφιον μέγαν ἀγῶνα γενησόμενόν μοι τῶν φίλων. ὅπερ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἐξέβη. οἱ γὰρ ἐπιφανέστατοι τῶν φίλων ὑπὲρ τοῦ πρωτείου διενεχθέντες, πολλοὺς πολέμους καὶ μεγάλους ἀγῶνας συνεστήσαντο μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν. τὰς δὲ συντελεσθείσας ὑπ᾽ αὐτῶν πράξεις ἡ βίβλος αὕτη περιέχουσα, ποιήσει φανερὸν τὸ ῥηθὲν τοῖς φιλαναγνωστοῦσιν. ἡ μὲν γὰρ πρὸ ταύτης συντελεσθεῖσα βίβλος τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἁπάσας περιείληφε μέχρι τῆς τελευτῆς· αὕτη δὲ

& verba regis moribundi ad eventum, quem habuerunt, applicat.

Certamina maxima amicorum ſunt ſecuta, quorum hiſtoriam hic liber continet.

1 Vir doctus ad marginem editionis Baſilienſis, quae Leidenſi in Bibliotheca aſſervatur, in ſcripto libro deeſſe notat. Poſt pauca ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν φίλων idem, conſentiente Reg. 1.

tis articulo, vaticinantem introducit. Idem recentioribus etiam ſeculis in multis e vita migrantibus accidiſſe, literis proditum eſt. Maxime vero Alexandri Macedonis exitus illud comprobat. Hic, Babylone vitam cum morte commutans, dum ſub extremum vitae halitum a familiaribus interrogatur, cui regnum poſt ſe relictum eat? Optimo, reſpondet: ingenti enim certamine amicos mihi parentaturos, praevideo. Id quod veriſſime ſic evenit. Nam amicorum nobiliſſimi, de principatu diſceptantes, multa poſt Alexandri obitum bella, & certamina maxima inter ſe excitarunt. Quorum res geſtas hic liber complectens, id, quod iam dictum eſt, ſtudioſo lectori perſpicue exhibebit. Praecedens enim liber res Alexandri univerſas ad mortem uſque continet. Hic vero, a ſucceſſo-

Spatium temporis eſt VII annorum.

τὰ [1] τοῖς διαδεξαμένοις τὴν τούτου βασιλείαν πεπραγμένα περιέχουσα, τελευτὴν μὲν ἔχει τὸν προηγούμενον ἐνιαυτὸν τῆς Ἀγαθοκλέους τυραννίδος, περιείληφε δ' ἔτη ἑπτά.

Olymp. CXIV, 2.

Prima de imperio adminiſtrando diſſidia dirimit phalanx pedeſtris, Arrhidaeo, Philippi fil. rege creato,

β'. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον [2] Φούριον καὶ [3] Δεκίμιον Ἰούνιον· ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τετελευτηκότος ἄπαιδος, ἀναρχία καὶ πολλὴ στάσις ἐγένετο περὶ τῆς ἡγεμονίας. ἡ μὲν γὰρ τῶν πεζῶν φάλαγξ Ἀῤῥιδαῖον τὸν Φιλίππου μὲν υἱὸν, ψυχικοῖς δὲ πάθεσι συνεχόμενον ἀνιάτοις, [4] προῆγεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν· οἱ δὲ μέγιστον ἔχοντες ἀξίωμα τῶν φίλων καὶ σωματοφυλάκων συνεδρεύσαντες, καὶ προσλαβόμενοι τὸ τῶν ἱππέων τῶν [5] ἑταίρων ὀνομαζομένων σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον διαγωνίζεσθαι τοῖς ὅπλοις πρὸς τὴν φάλαγγα διέγνωσαν, καὶ πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς

1 Non eſt in Baſil. qui δεδεξαμ. abſurde.
2 Φρούριον edd.
3 Δέκιμον Leid. Δέκιον edd.
4 Προσῆγεν Venet.
5 Ἑτέρων Baſil.

ribus regni geſta complectens, in anno, qui proxime Agathoclis tyrannidem anteceſſit, per VII annorum ambitum, finitur.

II. Cum Archon Athenis eſſet Cephiſodorus, Conſules Romani crearunt L. Furium & D. Iunium. Sub quod tempus, Alexandro ſine liberis defuncto, ingens de imperio, quod moderatore tum carebat, diſſidium exſtitit. Pedeſtris enim phalanx Arrhidaeum, Philippo genitum, ſed vitiis quibuſdam animi non ſanandis affectum, ad regni adminiſtrationem provehebat. Sed qui inter amicos & cuſtodes corporis auctoritate maxima pollebant, ſenatu habito, cum equitum, qui ſodales nominantur, agmen ſibi adiunxiſſent, primum armis cum phalange decertare ſtatuerunt, & miſſis ex virorum dignitate prae-

τοὺς πεζοὺς ἐκ τῶν ἀξίωμα ἐχόντων ἀνδρῶν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος Μελέαγρος, ἀξιοῦντες πειθαρχεῖν [1] αὐτοῖς. ὁ δὲ Μελέαγρος ὡς ἧκε πρὸς τοὺς πεζοὺς [ἐκ τῶν ἀξίωμα ἐχόντων ἀνδρῶν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος] [2] Φαλαγγίτας, τῆς μὲν πρεσβείας οὐδεμίαν ἐποιήσατο μνείαν, τοὐναντίον δ' ἐπαινέσας αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς δεδογμένοις, παρώξυνε κατὰ τῶν ἐναντιουμένων. διόπερ οἱ Μακεδόνες ἡγεμόνα καταστήσαντες ἑαυτῶν τὸν Μελέαγρον, προῆγον πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας μετὰ τῶν ὅπλων. τῶν δὲ σωματοφυλάκων ἀποχωρησάντων ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ παρασκευαζομένων εἰς πόλεμον, οἱ χαριέστατοι τῶν ἀνδρῶν ἔπεισαν [3] αὐτοὺς ὁμονοῆσαι. εὐθὺς δὲ βασιλέα κατέστησαν τὸν Φιλίππου υἱὸν Ἀῤῥιδαῖον, καὶ μετωνόμασαν Φίλιππον, ἐπιμελητὴν δὲ τῆς βασιλείας Περδίκκαν, ᾧ καὶ ὁ βασιλεὺς τὸν δακτύλιον τελευτῶν

Perdicca autem regni procuratore conſtituto.

1 Αὐτοὺς Leid.

2 Φαλαγγίτας ora Steph. Vat. Reg. amb. Edd. Φαλαγγίτης.

3 Αὐτὸν in Steph. marg. Vatic. Leid. Reg. utroque. Mox εὐθὺ Baſil. & Reg. 2.

ſtantium ordine legatis, inter quos Meleager nobiliſſimus erat, ad pedites, ut dicto audientes eſſent, contendere. At Meleager, quamprimum ad peditum delectos, quorum praecipua tunc dignitas, (inter ceteros autem Phalangites maxime conſpicuus erat) venit, legationis nullam facit mentionem; ſed e contrario ob decreta collaudatos in adverſarios irritat. Quapropter Meleagro ſibi duce creato, Macedones cum armis in refragantes ſuis ſtudiis procedunt. Cumque & ſtipatores regii, Babylonem egreſſi, ad bellum ſe praepararent, gratioſiſſimi inter illos, ut concordiam reſarcirent, utriſque perſuaſerunt. Nec mora, Arrhidaeum, Philippi filium, inque Philippi nomen adoptatum, regem, & Perdiccam, cui etiam rex moriens annulum tradiderat, regni procura-

[1] ἐδεδώκει· τοὺς δὲ ἀξιολογωτάτους τῶν φίλων καὶ σωματοφυλάκων παραλαβεῖν τὰς σατραπείας, καὶ ὑπακούειν τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῷ Περδίκκᾳ.

γʹ. Οὗτος δὲ παραλαβὼν τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, καὶ συνεδρεύσας μετὰ τῶν ἡγεμόνων, Πτολεμαίῳ μὲν τῷ Λάγου τὴν Αἴγυπτον ἔδωκε, Λαομέδοντι δὲ τῷ Μιτυληναίῳ Συρίαν, Φιλώτᾳ δὲ Κιλικίαν, καὶ [2] Πύθωνι μὲν Μηδίαν, [3] Εὐμένει δὲ Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν, καὶ πάσας τὰς συνοριζούσας ταύταις χώρας, ἃς Ἀλέξανδρος οὐκ ἐπῆλθεν, ἐκκλεισθεὶς ὑπὸ τῶν καιρῶν, ὅτε διεπολέμει πρὸς Δαρεῖον· Ἀντιγόνῳ δὲ Παμφυλίαν καὶ Λυκίαν καὶ τὴν μεγάλην καλουμένην Φρυγίαν. μετὰ δὲ ταῦτα Κασσάνδρῳ μὲν Καρίαν, Μελεάγρῳ δὲ Λυδίαν, Λεοννάτῳ δὲ τὴν ἐφ᾽ Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν. αὗται μὲν οὖν αἱ σατραπεῖαι τοῦτον τὸν τρόπον ἐμερίσθησαν. κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Λυσιμάχῳ μὲν ἐδόθη Θρᾴκη καὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν παρὰ τὴν Ποντι-

Provinciae ſingulis ducibus aſſignatae recenſentur.

1 Δεδώκει Reg. 2.
2 Πύθωνι Reg. 1. Edd. Πίθωνι.
3 Εὐμενεῖ Leid. Mox Ἀντιγόνῳ ed. Steph. errore operarum.

torem deſignant; & amicorum ſtipatorumque primarios adminiſtrare provincias, regique & Perdiccae obedientiam praeſtare, iubent.

III. Ille ſummam rerum adeptus, conſilio ducum advocato, Ptolemaeo Lagi Aegyptum tradit, Laomedonti Syriam, Philotae Ciliciam, Pythoni Mediam, Eumeni Paphlagoniam & Cappadociam, & conterminas illis regiones, quas Alexander, temporis incommoditate, dum bellum cum Dario gerit, excluſus, non acceſſerat. Antigono autem Pamphyliam Lyciamque, &, quae magna vocatur, Phrygiam; tum Caſſandro Cariam, Meleagro Lydiam, Leonnato Phrygiam ad Helleſpontum committit. Et hae quidem provinciae iſtum ad modum diſtribuuntur. In Europa vero, Thracia cum finitimis ad Pon-

κὴν θάλασσαν· ἡ δὲ Μακεδονία καὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν Ἀντιπάτρῳ προσωρίσθη· τὰς δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν παραλελειμμένας σατραπείας ἔδοξε μὴ κινεῖν, ἀλλ᾽ ἐᾶν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡγεμόνας τεταγμένας. τούτων δὲ τὴν συνορίζουσαν σατραπείαν τοῖς περὶ Ταξίλην βασιλεῦσι συνεχώρησε· τὴν δὲ [1] παρὰ τὸν Καύκασον κειμένην, ὀνομαζομένην δὲ Παροπαμισαδῶν, προσώρισεν Ὀξυάρτῃ τῷ Βακτριανῷ βασιλεῖ, οὗ τὴν θυγατέρα Ῥωξάνην γεγαμηκὼς ἦν Ἀλέξανδρος. καὶ Σιβυρτίῳ μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίαν καὶ [2] Κεδρωσίαν, Στασάνορι δὲ τῷ [3] Σολίῳ τὴν Ἀρείαν καὶ Δραγγινὴν, Φιλίππῳ δὲ προσώρισε Βακτριανὴν καὶ [4] Σογδιανὴν, Φραταφέρνῃ δὲ Παρθυαίαν καὶ Ὑρκανίαν· καὶ Πευκέστῃ μὲν Περσίδα, Τληπολέμῳ δὲ Καρμανίαν, Ἀτράπῃ δὲ Μηδίαν, Ἄρχωνι δὲ τὴν Βαβυλωνίαν, Ἀρκεσιλάῳ δὲ Μεσοποταμίαν. Σέλευκον δ᾽ ἔταξεν ἐπὶ τὴν ἱππαρχίαν [5] τῶν

1 Περὶ τὸν Reg. 1. non male. Mox Παροπανισαδῶν Leid. & Reg. 2. Tum mox τῷ Βακτριανῶν ſolus Reg. 1.

2 Γεδρωσίαν Leid. & Reg. 1.

3 Σολιώτῃ τὴν Leid. & Reg. 1. Porro Ἀρίαν Baſil. Reg. 2.

4 Σογδιανὴν Reg. 2. Vulgo Σαρδιανήν.

5 Τῶν ἑτέρων Baſil.

ticum mare gentibus Lyſimacho conceditur, & Macedonia cum vicinis populis Antipatro attribuitur. Inter haec praetermiſſas in Aſia ſatrapias non movere, ſed priſtinis relinqui ducibus, viſum eſt. Contiguam his provinciam Taxili viciniſque regibus permittit. At quae Caucaſum, Paropamiſadarum cognomento, attingit, Oxyartae, Bactrianorum regi, cuius natam Rhoxanen duxerat Alexander, aſſignatur. Tum Sibyrtio Arachoſiam & Gedroſiam, Staſanori Solio Arianam & Dranginam, Philippo Bactrianam & Sogdianam, Phrataphernì Parthiam & Hyrcaniam, Peuceſtae Perſidem, Tlepolemo Carmaniam, Atrapae Mediam, Archoni Babyloniam, Arceſilao Meſopotamiam definit. Seleucum denique equitum ſocio-

ἑταίρων, οὖσαν ἐπιφανεστάτην. ταύτης γὰρ Ἡφαιστίων [1] πρῶτος μὲν ἡγήσατο, μετὰ δὲ τοῦτον Περδίκκας, τρίτος δ' ὁ προειρημένος Σέλευκος. ὁμοίως δὲ καὶ Ταξίλην καὶ Πῶρον κυρίους εἶναι τῶν ἰδίων βασιλειῶν, καθάπερ αὐτὸς Ἀλέξανδρος [2] ἦν τεταχώς. ἐπὶ δὲ τὴν κατακομιδὴν τοῦ σώματος καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς ἁρμαμάξης τῆς μελλούσης κομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τετελευτηκότος βασιλέως εἰς Ἄμμωνα, ἔταξαν Ἀῤῥιδαῖον.

Cratero mandata, regiſque defuncti decreta alia, in commentariis perſcripta, in deliberationem veniunt.

δ'. Κρατερὸς δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων ὑπάρχων ἔτυχε προαπεσταλμένος εἰς Κιλικίαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, μετὰ τῶν ἀπολυθέντων τῆς στρατείας, ὄντων μυρίων. ἅμα δ' εἰληφὼς ἦν ἐντολὰς [3] ἐγγράπτους, ἃς ἔδωκε μὲν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ συντελέσαι, μεταλλάξαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, τοῖς διαδόχοις ἔδοξε μὴ συντελεῖν τὰ βεβουλευμένα. ὁ γὰρ Περδίκκας παραλαβὼν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ βασιλέως τήν τε συντέλειαν τῆς Ἡφαιστίωνος πυρᾶς, πολλῶν [4] δεομένην χρημάτων, τάς τε λοιπὰς αὐ-

1 Μὲν πρῶτος Reg. 1.
2 Τεταγμένος καὶ τεταχὼς Ven.
3 Τὰς ἐγγράπτους Baſil.
4 Δεομένης Leid.

rum omnium nobiliſſimo agmini praeponit. Huius magiſter primus Hephaeſtio, alter Perdiccas fuerat, quos tertius hic Seleucus excepit. Utque Taxiles & Porus plenaria auctoritate, ut ab Alexandro ipſo conſtitutum erat, regna ſua tenerent, ordinavit. Funeris autem deportandi, & currus, quo regium cadaver transvehendum eſſet, apparandi negotium Arrhidaei curae permiſſum eſt.

IV. Craterus vero, ducum illuſtriſſimus, iam ante in Ciliciam, additis X millibus emeritorum, ab Alexandro miſſus fuerat, cum mandatis ſcripto comprehenſis, quae perficienda rex illi dederat. Verum haec poſt regis e vita diſceſſum non exſequenda ſucceſſores decreverunt. Cum enim in regis commentariis tum ſumtus, porro in Hephaeſtionis rogum magna vi pecuniae profundendos,

Propoſita regis e commentariis ſingulatim referuntur.

τοῦ ἐπιβολὰς πολλὰς καὶ μεγάλας οὔσας, καὶ δαπάνας ἀνυπερβλήτους ἐχούσας, ἔκρινε συμφέρειν ἀκύρους ποιῆσαι. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ [1] πάνυ διὰ τῆς ἰδίας γνώμης καθαιρεῖν τι τῆς Ἀλεξάνδρου [2] δόξης, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἀνήνεγκε τὴν περὶ τούτων βουλήν. ἦν δὲ τῶν ὑπομνημάτων τὰ μέγιστα καὶ μνήμης ἄξια τάδε· χιλίας μὲν ναῦς μακρὰς μείζους τριήρων ναυπηγήσασθαι κατὰ τὴν Φοινίκην καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ Κύπρον, πρὸς τὴν [3] στρατείαν τὴν ἐπὶ Καρχηδονίους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παρὰ θάλατταν κατοικοῦντας τῆς τε Λιβύης καὶ Ἰβηρίας, καὶ τῆς ὁμόρου χώρας παραθαλαττίου μέχρι Σικελίας· ὁδοποιῆσαι δὲ τὴν παραθαλάττιον τῆς Λιβύης, μέχρι στηλῶν Ἡρακλείων· ναούς τε [4] κατασκευάσαι πολυτελεῖς ἓξ, ἀπὸ ταλάντων χιλίων καὶ πεντακοσίων ἕκαστον· ἀκολούθως

1 Aſteriſco Steph. notavit. nec eſt in Reg. 2. Baſil. qui mox ἰδίας δόξης.

2 Δόξης, ἐπὶ τὸ κοινὸν Reg. uterque, Baſ. etiam & Leid. Hinc διὰ τοῦτο ante ἐπὶ τὸ ſtigmate inuſſit Stephanus. Tu dele, ſi lubet.

3 Στρατηγείαν Baſil.

4 Κατασκευάσας Baſil. & mox iterum. Κατασκευάσασθαι Leid. & Reg. 1.

tum multa alia, quae rex ſummis perficere impendiis ſibi propoſuerat, inveniſſet Perdiccas, ut irrita haec fierent, conducibile eſſe iudicavit. Sed ne privato iudicio gloriae Alexandri aliquid detrahere exiſtimaretur, deliberationem ſuper his ad publica Macedonum comitia retulit. Capita vero commentariorum praecipua & memoratu digna haec erant. Ut mille naves longae, triremibus grandiores, in Phoenicia, Syria, Cilicia, & Cypro, ad expeditionem in Carthaginienſes, & ceteros, qui litorales Africae & Hiſpaniae, vicinaſque ad Siciliam uſque regiones incolebant, compaginarentur. Ut iter per Africae maritima ad Herculis columnas expeditum redderetur. Ut templa VI magnifica mille & quingentorum talentûm ſumtu ſingula fabricarentur. Ut pro tantae claſ-

δὲ τῷ τηλικούτῳ στόλῳ λιμένας καὶ νεώρια κατασκευάσαι κατὰ τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων· πρὸς δὲ τούτοις πόλεων συνοικισμοὺς, καὶ σωμάτων μεταγωγὰς ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ κατὰ τοὐναντίον ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, ὅπως τὰς μεγίστας ἠπείρους ταῖς ἐπιγαμίαις καὶ ταῖς οἰκειώσεσιν εἰς κοινὴν ὁμόνοιαν καὶ συγγενικὴν φιλίαν καταστήσῃ. τοὺς δὲ προειρημένους ναοὺς ἔδει κατασκευασθῆναι ἐν Δήλῳ καὶ Δελφοῖς καὶ Δωδώνῃ. κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, ἐν Δίῳ μὲν τοῦ Διὸς, ἐν Ἀμφιπόλει δὲ τῆς Ταυροπόλου, ἐν [1] Κύῤῥῳ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν Ἰλίῳ ταύτης τῆς θεᾶς κατασκευασθῆναι ναὸν, ὑπερβολὴν ἑτέρῳ μὴ καταλείποντα. τοῦ δὲ πατρὸς Φιλίππου τάφον πυραμίδι παραπλήσιον μιᾷ τῇ μεγίστῃ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἃς ἐν τοῖς ἑπτὰ τινὲς μεγίστοις ἔργοις καταριθμοῦσιν. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν ὑπομνημάτων, οἱ Μακεδόνες, καίπερ [2] ἀποδεδεγμένοι καλῶς τὸν Ἀλέξανδρον, ὅμως

Placuit omnia antiquari.

1 Κύρνῳ omnes. 2 Ἀποδεδειγμένοι Baſil.

ſis modo portus & navalia locis opportunis exſtruerentur. Ad haec ut civium in urbes novas commigratio, & hominum ex Aſia in Europam, & rurſum ex Europa in Aſiam translatio fieret, ut per connubia & neceſſitudines continentes orbis maximas concordia mutua & cognationis amicitia inter ſe devinciret. Templorum, de quibus dictum, aedificanda erant quaedam in Delo, Delphiſque, & Dodona. Quaedam in Macedonia: ut Iovis in Dio, Dianae (quam Tauropolon vocant) Amphipoli; aliud in Cyrrho Minervae. Cui Deae etiam in Ilio templum deſtinaverat, quod nulli magnificentia concederet. Philippi denique patris ſepulcrum meditatus fuerat, quod Pyramidum in Aegypto, quas ſeptem maximis operibus quidam annumerant, unam magnitudine aequaret. Recitatis igitur his commentariis, Macedones, licet inſtituta

ὑπερόγκους καὶ δυσεφίκτους τὰς ἐπιβολὰς ὁρῶντες, ἔκριναν μηδὲν τῶν εἰρημένων συντελεῖν. Περδίκκας δὲ τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ταραχώδεις τῶν στρατιωτῶν, καὶ μάλιστα ἀλλοτρίως ἔχοντας τὰ πρὸς αὐτὸν, ἀπέκτεινεν, ὄντας τριάκοντα. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ Μελέαγρον ἐν τῇ στάσει καὶ πρεσβείᾳ προδότην γεγενημένον [1] ἐπιβαλλόμενος οἰκείας διαβολῆς καὶ κατηγορίας, ὡς ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ πεποιημένον ἐκόλασεν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις τῶν κατοικισθέντων Ἑλλήνων [2] ἀποστάντων, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον συστησαμένων, ἕνα τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐξέπεμψε [3] Πύθωνα διαπολεμήσοντα πρὸς αὐτούς.

Milites ſeditioſi xxx & Meleager in ſupplicium rapti.

In Graecos, qui in ſuperiore Aſia defecerant, Pytho miſſus.

Sequitur omnium provinciarum deſcriptio geographica:

έ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰς μελλούσας ἱστορεῖσθαι πράξεις οἰκεῖον εἶναι νομίζομεν, ἐκθεῖναι πρότερον τάς τε αἰτίας τῆς ἀποστάσεως, καὶ τῆς ὅλης Ἀσίας τὴν θέσιν, καὶ τῶν σατραπειῶν τὰ μεγέθη καὶ τὰς ἰδιότητας. οὕτω γὰρ μάλιστα εὐπαρακολούθητος τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἡ

1 Ἐπιβαλόμ. Baſ. 2 Ἁπάντων idem. 3 Πύθωνα Reg. 1. Πίθωνα cett.

Alexandri belle approbarent, tamen cum ſupra modum ardua perfectuque difficillima viderent, nihil eorum peragendum ſtatuerunt. Tum Perdiccas turbulentos in exercitu milites, & maxime adverſantes, numero XXX necavit. Poſt etiam Meleagrum, qui in ſeditione, legationem obiens, proditor fuerat, privatae calumniae & criminationis occaſione, quaſi inſidias illi ſtruxiſſet, capite multavit. Defecerant per id tempus Graeci, in ſuperioribus praefecturis collocati, & vim militum non exiguam habebant comparatam. Cum his Pythonem, unum ex nobilitate, belligeratum miſit.

V. Nos vero rerum deinceps geſtarum narrationi conveniens eſſe arbitramur, ſi prius & defectionis cauſas, & totius Aſiae ſitum, & provinciarum ſpatia & naturas exponamus. Hac enim ratione, ſi regionum poſitus &

διήγησις ἔσται, [1] πρὸ ὀφθαλμῶν τεθείσης τῆς ὅλης τοποθεσίας, καὶ τῶν διαστημάτων. ἀπὸ τοίνυν τοῦ κατὰ Κιλικίαν Ταύρου συνεχὲς ὄρος δι' ὅλης τῆς Ἀσίας διήκει, μέχρι τοῦ Καυκάσου καὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς ὠκεανοῦ. τοῦτο δὲ παντοδαποῖς ἀναστήμασι λόφων διειλημμένον, ἰδίας [2] καθ' ἕκαστον ἔχει προσηγορίας. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον εἰς δύο μέρη διαιρουμένης τῆς Ἀσίας, τὸ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους αὐτῆς νένευκε, τὸ δὲ πρὸς τὴν μεσημβρίαν. ἀκολούθως δὲ τούτοις τοῖς κλίμασι τῶν ποταμῶν τὰς ῥύσεις ἐχόντων ἀντιπροσώπους, οἱ μὲν εἰς τὴν Κασπίαν θάλατταν, οἱ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον, ἔνιοι δ' εἰς τὸν ὑπὸ τὰς ἄρκτους Ὠκεανὸν ἐξερεύγονται. οἱ δ' ἀντικείμενοι τούτοις, οἱ μὲν εἰς [3] τὸν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν, οἱ δ' ἐπὶ τὸν συνεχῆ τῆς ἠπείρου ταύτης κείμενον Ὠκεανὸν ἐκβάλλουσιν· ἔνιοι δ' εἰς τὴν καλουμένην ἐρυθρὰν θάλατταν καταφέρονται. ὁμοίως δὲ τούτοις διειλημμένων [4] τῶν σατραπειῶν, αἱ μὲν ἐπὶ τὴν ἄρκτον,

Aſiae provinciae ſeptemtrionales.

1 Πρὸς Reg. 1.
2 Πρὸς ἕκαστον idem.
3 Sic Baſ. Vat. melius vulgato τήν.
4 Deſit articulus in Baſil.

intervalla locorum oculis ſubiiciantur, expedita & plana erit narratio. A Tauro igitur Ciliciae, uſque ad Caucaſum & orientalem Oceanum, mons continuus per totam Aſiam extenditur. Is ut variis collium iugis diſtinctus, ita peculiares a ſingulis appellationes ſortitur. Atque hoc pacto Aſia in duas partes diviſa, una ad ſeptemtriones attollitur, altera meridiem verſus ſe demittit. Pro climatum horum ratione adverſos etiam flumina curſus habent: quorum alii in mare Caſpium, alii in Pontum Euxinum, quidam in Oceanum ſeptemtrionalem, exonerantur. Ex amnibus vero oppoſitis, pars in mare Indicum, pars in proximum huic continenti Oceanum, ſe effundunt: aliqui etiam in Rubrum (ut vocatur) mare deferuntur. Hunc ad modum Satrapiae etiam dividuntur.

αἱ δὲ ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἔχουσι τὰς κλίσεις. καὶ πρώτη μὲν τῶν πρὸς τὴν ἄρκτον ἐστραμμένων κεῖται παρὰ τὸν Τάναϊν ποταμὸν Σογδιανὴ καὶ Βακτριανὴ, καὶ τούτων ἐχομένη Ἀρεία καὶ Παρθυαία, δι' ἧς συμβαίνει περιέχεσθαι τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, οὖσαν καθ' αὑτήν. μετὰ δὲ ταῦτα Μηδία, πολλὰς μὲν ἔχουσα τόπων προσηγορίας, μεγίστη δ' οὖσα πασῶν τῶν σατραπειῶν· ἑξῆς δ' Ἀρμενία καὶ Λυκαονία καὶ Καππαδοκία, πᾶσαι τὸν ἀέρα δυσχείμερον ἔχουσαι. ταύταις δὲ [1] συνορίζουσι κατ' εὐθεῖαν μὲν ἥ τε μεγάλη Φρυγία, καὶ ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ κειμένη, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων Λυδία καὶ Καρία· ὑπερδέξιος δὲ τῆς Φρυγίας καὶ παράλληλος ἡ Πισιδικὴ, καὶ ταύτης ἐχομένη Λυκία. ἐν δὲ τοῖς παρὰ θάλατταν τόποις τούτων τῶν σατραπειῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις καθίδρυνται, ὧν τὰς προσηγορίας γράφειν οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν. αἱ

1 Συνορίζουσι Reg. 1. In edd. συνορίζουσαι.

Nam quaedam ſeptemtrionem reſpiciunt, quaedam ad meridiem inclinant. Prima equidem ad Urſas coeleſtes converſarum ad Tanain fluvium iacet, nempe Sogdiana cum Bactriana, &, quae cum his cohaerent, Area & Parthia. Haec in ſe mare Hyrcanum, ſuis contentum finibus, includit. Hanc Media ſequitur, nominibus inſignita multis, & omnium Satrapiarum maxima. Hanc excipiunt Armenia, Lycaonia, Cappadocia, quae omnes aëre hiberno contriſtantur. Vicinae his in directum ſunt, Phrygia, tum magna, tum ad Helleſpontum ſita; ex obliquo, Lydia & Caria. Supra Phrygiam vero, & in longitudinem aequaliter producta Piſidia, laterique eius imminens Lycia. In maritimis harum provinciarum locis Graecorum urbes iacent: quarum nomina hic adſcribere, pro inſtituti noſtri ratione haud neceſſarium eſt. Satrapiae ergo,

μὲν οὖν πρὸς τὴν ἄρκτον [1] ἐστραμμέναι σατραπεῖαι τὸν εἰρημένον τρόπον καθίδρυνται.

ςτ΄. Τῶν δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένων πρώτη μὲν παρὰ τὸν Καύκασόν ἐστιν Ἰνδικὴ, βασιλεία μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, οἰκουμένη [2] δ' ὑπὸ πλειόνων Ἰνδικῶν ἐθνῶν, ὧν ἐστι μέγιστον τὸ τῶν [3] Γανδαριδῶν ἔθνος, ἐφ' οὓς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρ' αὐτοῖς ἐλεφάντων, οὐκ ἐπεστράτευσεν ὁ Ἀλέξανδρος. ὁρίζει δὲ τὴν χώραν ταύτην [4] καὶ τὴν ἑξῆς Ἰνδικὴν, ποταμὸς ὁ μέγιστος ὢν τῶν περὶ τοὺς τόπους, καὶ τὸ πλάτος ἔχων [5] σταδίων τριάκοντα. ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ λοιπὴ τῆς Ἰνδικῆς, ἣν κατεπολέμησεν [6] ὁ Ἀλέξανδρος, παραποταμίοις ὕδασι κατάῤῥυτος, καὶ κατὰ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιφανεστάτη, καθ' ἣν ὑπῆρχε σὺν ἄλλαις πλείοσι βασιλείαις ἥ τε τοῦ Πώρου καὶ Ταξίλου δυναστεία, δι' ἧς συμβαίνει ῥεῖν τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἀφ' οὗ τὴν προσηγορίαν

Provinciae auſtrales.

1 Ἱδρυμέναι ora Steph. Reg. 1. Leid. forte ex gloſſa.
2 Δὲ non habet Baſil.
3 Γαγγαριδῶν Baſil. Τυνδαρίδων Venet. & Reg. 2. cum Leid.
4 Omittit Baſil.
5 Σταδίους Reg. 1.
6 Articulum non agnoſcit Baſ.

quae ad ſeptemtriones vergunt, hunc, quem diximus, ſitum habent.

VI. Inter auſtrales vero prima ſub Caucaſo eſt India, regnum amplitudine terrarum & hominum frequentia eximium. A plurimis enim gentibus incolitur: quarum maxima eſt Gandaridarum. In quos, elephantum multitudine abſterritus, expeditionem Alexander non ſuſcepit. Hanc regionem ab ulteriore India fluvius diſterminat, iſtic locorum maximus: XXX enim ſtadiorum latitudinem habet. Eam reliqua India contingit, quam debellarat Alexander, undis fluvialibus perrigata, & felicitatis nomine celebris. In hac cum aliis regnis compluribus Pori & Taxilis ditio erat. Indus fluvius, a quo nomen re-

ἔσχεν ἡ χώρα. [1] ἐχομένη δὲ τῆς Ἰνδικῆς ἀφώριστο σατραπείας Ἀραχωσία καὶ Κεδρωσία καὶ Καρμανία· πρὸς δὲ ταύταις Περσὶς, ἐν ᾗ τὴν Σουσιανὴν καὶ [2] Σιτακηνὴν κεῖσθαι συμβέβηκεν. ἑξῆς δὲ Βαβυλωνία, μέχρι τῆς κατὰ τὴν Ἀραβίαν ἀοικήτου. ἐκ δὲ θατέρου μέρους, [3] ἀφ᾽ οὗ ποιούμεθα τὴν ἀνάβασιν, Μεσοποταμία περιειλημμένη δυσὶ ποταμοῖς, τῷ τε Εὐφράτῃ καὶ Τίγριδι, δι᾽ οὓς τέτευχε ταύτης τῆς προσηγορίας. ἐχομένη δὲ τῆς Βαβυλωνίας, Συρία ἡ ἄνω καλουμένη, καὶ αἱ συνεχεῖς ταύτῃ παραθαλάττιοι, Κιλικία καὶ Παμφυλία, καὶ ἡ κοίλη Συρία καθ᾽ ἣν ἡ Φοινίκη περιείληπται· παρὰ δὲ τὰ πέρατα τῆς κοίλης Συρίας καὶ τὴν συνεχῶς κειμένην ἔρημον, καθ᾽ ἣν ὁ Νεῖλος φερόμενος ὁρίζει Συρίαν τε καὶ τὴν Αἴγυπτον, [4] ἀπεδέδεικτο σατραπεία πασῶν ἀρίστη καὶ προσόδους ἔχουσα μεγάλας, Αἴγυπτος. πᾶσαι δ᾽ αὗται καυματώδεις [5] εἰσὶν,

1 Ἐχομένης ora Steph. Leid.
2 Σιτακηνὴν Reg. 1. Vulgo Σιτακινήν.
3 Δι᾽ οὗ Leid. Reg. 1. ora Steph.
4 Ἀπεδέδεικτο Leid. Reg. 1. In ceteris ἀποδέδεικτο, quod etſi defendi poſſit, nunc non ſequor.
5 Notam defectus addidit Leid.

gio adepta eſt, illam perlabitur. A Satrapia Indica ſeparata erat proxima Arachoſia, Gedroſia, Carmania, & cum his Perſia, in qua Suſiana iacet & Sittacena: & deinceps Babylonia, ad inhabitabilem uſque Arabiam. Ex altera parte, quae deſcenſus initium nobis facit, Meſopotamia eſt, duobus interiecta fluviis, Euphrati & Tigridi, unde & nomen ſortita eſt. Babylonem Syria, quae ſuperior vocatur, quam proxime attingit, & regiones maritimae illi adiacentes, Cilicia, Pamphylia, Syriaque cava, qua etiam Phoenice comprehenditur. Ad fines autem Syriae cavae, & deſerta illi contigua, per quae Nilus decurrens Syriam & Aegyptum terminat, Satrapia omnium optima, & ampliſſimos reditus ſufficiens, ipſa Aegyptus deſignata erat. Hae omnes fervore ſolis ae-

ὡς ἀντιπεπονθότος τοῦ κατὰ μεσημβρίαν ἀέρος τῷ πρὸς ἄρκτους καθήκοντι. αἱ μὲν οὖν ὑπ' Ἀλεξάνδρου [1] καταπολεμηθεῖσαι σατραπεῖαι, τὸν εἰρημένον τρόπον κείμεναι, διεμερίσθησαν τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν ἀνδρῶν.

ζ'. Οἱ δ' ἐν ταῖς ἄνω καλουμέναις σατραπείαις κατοικισθέντες Ἕλληνες ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ποθοῦντες μὲν τὴν Ἑλληνικὴν ἀγωγὴν καὶ δίαιταν, ἐν δὲ ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς βασιλείας ἐξεῤῥιμμένοι, ζῶντος μὲν τοῦ βασιλέως ὑπέμενον, διὰ τὸν φόβον, τελευτήσαντος δὲ ἀπέστησαν· συμφρονήσαντες δὲ καὶ ἑλόμενοι στρατηγὸν Φίλωνα τὸν [2] Αἰνιᾶνα, δύναμιν ἀξιόλογον συνεστήσαντο. πεζοὺς μὲν γὰρ εἶχον πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, πάντας δὲ [3] τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων πολλάκις πεῖραν εἰληφότας, καὶ διαφόρους ταῖς ἀνδραγαθίαις. Περδίκκας δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀπόστασιν, ἐκλήρωσεν ἐκ τῶν Μακεδόνων πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους. τοῦ δὲ

Graeci rebelles, invito Pythone, caeſi.

1 Καταπολεμηθῆσαι Leid. 2 Αἰνιᾶναι idem. 3 Τὸν -- ἀγῶνα idem.

ſtuant, quod auſtrale coelum natura ſua boreali contrarium eſt. Hae igitur provinciae, armis ſubactae ab Alexandro, quarum iſte, quem diximus, ſitus eſt, viris tunc praeſtantiſſimis in diſtributione obvenerunt.

VII. Ceterum Graeci, in ſuperiores (quas vocant) Satrapias ab Alexandro deducti, moris victuſque Graeci deſiderio affecti, quod ad extremos regni fines ita reiecti eſſent, vivente quidem rege, prae metu tolerarunt: ſed iam exſtincto defecere. Coniunctis ergo animis ducem ſibi adoptant Philonem Aenianem. Et iam copias non mediocres, quippe ultra CCIↃↃ CCIↃↃ peditum, tria millia equitum, omnes bellorum certamina ſaepiſſime expertos, & virtutis eximiae viros, contraxerant. Quorum defectione cognita, Perdiccas ex agmine Macedonum CIↃ CIↃ CIↃ, & equites IↃ CCC deligit. Cumque Pytho, qui a

πλήθους [1] ἑλόμενος στρατηγὸν Πύθωνα, τὸν σωματοφύλακα μὲν Ἀλεξάνδρου γεγονότα, φρονήματος δὲ πλήρη, καὶ δυνάμενον στρατηγεῖν, παρέδωκε τούτῳ τοὺς ἀποκληρωθέντας. δοὺς δ᾽ αὐτῷ πρὸς τοὺς σατράπας ἐπιστολὰς, ἐν αἷς γεγραμμένον ἦν στρατιώτας δοῦναι [2] τῷ Πύθωνι μυρίους μὲν πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ ὀκτακισχιλίους, ἐξαπέστειλεν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας. ὁ δὲ Πύθων, [3] μεγαλεπίβολος ὢν, ἀσμένως ὑπήκουσεν εἰς τὴν στρατείαν, διανοούμενος τοὺς μὲν Ἕλληνας [4] ταῖς φιλανθρωπίαις προσάγεσθαι, τὴν δὲ δύναμιν τῇ τούτων συμμαχίᾳ μεγάλην ποιήσας, ἰδιοπραγεῖν, καὶ τῶν [5] ἄνω σατραπειῶν δυναστεύειν. ὁ δὲ Περδίκκας ὑφορώμενος αὐτοῦ τὴν [6] ἐπιβολὴν, διεκελεύσατο καταπολεμήσαντα τοὺς ἀφεστηκότας [7] ἀποκτεῖναι, καὶ τὰ λάφυρα διαδοῦναι τοῖς στρατιώταις. ὁ δὲ Πύθων ἀναζεύξας μετὰ τῶν δεδομένων αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ παρὰ τῶν σατραπῶν

1 Ἑλόμενος --- Πύθωνα Reg. 1. Vulgo ἑλομένου --- Πίθωνα.

2 Πύθωνα ſemper Reg. 1. at edd. Πίθωνα.

3 Μεγαλεπήβολος Reg. 1. μεγαλεπίβουλος Baſil.

4 Ταῖς φιλανθρωπίαις Reg. 1. unde articulum reſtitui.

5 Ἄνω ora Steph. Leid. Reg. 1. Ἄλλων edd.

6 Ἐπιβουλὴν Baſil.

7 Ἅπαντας ἀποκτεῖναι Reg. 1.

cuſtodia corporis Alexandro fuerat, vir animi celſi, & ductandi exercitus peritus, multitudinis dux eſſet creatus, huic ſorte delectos tradidit, unaque literas ad praefectos, quibus perſcriptum erat, ut X M. peditum, & IIX M. equitum, contra rebelles eidem traderent. Pytho, vir rerum magnarum ſtudioſus, non illubenter hanc expeditionem ſuſcipit. Graecos enim humanitate ſibi conciliare, auctiſque per horum ſocietatem copiis, ſuis providere commodis, & provincias ſuperiores in ſuam poteſtatem redigere cogitabat. Perdiccas vero, animadverſa hac eius molitione, ut rebelles armis edomitos trucidaret, ſpoliaque militibus diſtribueret, edicto cavit. Pytho ergo, cum attributis ſibi militibus iter ingreſſus, ubi

προσλαβόμενος τοὺς συμμάχους, ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας, διὰ δέ τινος Αἰνιᾶνος διαφθείρας Λιπόδωρον, ἐπὶ τρισχιλίων στρατιωτῶν παρὰ τοῖς ἀποστάταις τεταγμένον, τοῖς ὅλοις [1] ἐπροτέρησε. γινομένης γὰρ τῆς παρατάξεως, καὶ τῆς νίκης ἀμφιδοξουμένης, ὁ προδότης ἐγκαταλιπὼν τοὺς συμμάχους ἀλόγως ἀπῆλθεν ἐπί τινα λόφον, ἔχων τρισχιλίους. οἱ δὲ ἄλλοι δόξαντες τούτους πρὸς φυγὴν ὡρμηκέναι, διεταράχθησαν, καὶ τραπέντες ἔφυγον. ὁ δὲ Πύθων, νικήσας τῇ μάχῃ, [2] διεκηρύξατο πρὸς [3] τοὺς ἡττημένους, κελεύων τὰ μὲν ὅπλα καταθέσθαι, αὐτοὺς δὲ τὰ [4] πιστὰ λαβόντας ἐπὶ τὰς ἰδίας κατοικίας ἀναχωρῆσαι. γενομένων δ' ἐπὶ τούτοις ὅρκων, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀναμιχθέντων τοῖς Μακεδόσιν, ὁ μὲν Πύθων περιχαρὴς ἦν, κατὰ νοῦν αὐτῷ προχωρούντων τῶν πραγμάτων· οἱ δὲ Μακεδόνες, μνησθέντες μὲν τῆς τοῦ Περ-

1 Ἐπροετέρησε Baſil. Cett. προετέρησε.
2 Ἐκηρύξατο Leid. Reg. 1.
3 Τοὺς ἡγεμόνας τῶν ἡττημένων ora Steph.
4 Πλεῖστα Baſil.

auxilia a Satrapis accepiſſet, cum toto agmine ad defectores contendit, & corrupto per quendam Aenianem Lipodoro, qui trium millium agmini apud rebelles praeerat, victoriam obtinuit. Inito enim conflictu, & victoria neutrubi adhuc inclinante, proditor, ſociis ſine cauſa derelictis, in tumulum quendam cum tribus illis millibus aſcendit. Ibi ceteri, illos fugam capeſſere rati, turbatis ordinibus etiam ipſi fugam arripiunt. Pytho proelio ergo victor, praecone ad devictos miſſo, ut arma deponant, edicit, & data acceptaque fide, ſuam quiſque domum revertantur. His iureiurando firmatis, cum iam Graeci Macedonibus permixti eſſent, Pytho, quod res ex animi ſententia progreſſum haberent, non parum laetus erat. Tum Macedones, mandatorum Perdiccae me-

δίκκου παραγγελίας, οὐδὲν δὲ φροντίσαντες τῶν γεγενημένων ὅρκων, παρεσπόνδησαν τοὺς Ἕλληνας. ἀπροσδοκήτως γὰρ αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, καὶ λαβόντες ἀφυλάκτους, ἅπαντας κατηκόντισαν, καὶ τὰ χρήματα διήρπασαν. ὁ μὲν οὖν Πύθων διαψευσθεὶς τῶν ἐλπίδων, ἀπῆλθε μετὰ τῶν Μακεδόνων πρὸς τὸν Περδίκκαν. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις [1] ἦν.

In Europa Athenienſes in Antipatrum bellum Lamiacum movent.

η΄. Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην, Ῥόδιοι μὲν ἐκβαλόντες τὴν Μακεδονικὴν φρουρὰν, ἠλευθέρωσαν τὴν πόλιν· Ἀθηναῖοι [2] δὲ πρὸς Ἀντίπατρον πόλεμον ἐξήνεγκαν τὸν ὀνομασθέντα Λαμιακόν. τούτου δὲ τὰς αἰτίας ἀναγκαῖόν ἐστι προεκθέσθαι, χάριν τοῦ σαφεστέρας γενέσθαι τὰς ἐν αὐτῷ συντελεσθείσας πράξεις. Ἀλέξανδρος γὰρ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον τῆς τελευτῆς ἔκρινε κατάγειν ἅπαντας τοὺς ἐν ταῖς Ἑλληνίσι πόλεσι φυγάδας, ἅμα μὲν δόξης ἕνεκεν, ἅμα δὲ βουλόμενος ἔχειν ἐν ἑκάστῃ πόλει πολλοὺς ἰδίους ταῖς εὐνοίαις, πρὸς τοὺς νεωτερισ-

1 Poſt h. v. defectus quoddam indicium eſt in Reg. 2. forſan ſine cauſa.

2 Deeſſe ſchedis ſuis notatur a Leid.

mores, poſthabita iuriſiurandi religione, fidem Graecis datam violant. Ex improviſo enim incautos atque inermes aggreſſi, univerſos confodiunt, opeſque diripiunt. Ita Pytho, ſpe ſua fruſtratus, cum Macedonibus ad Perdiccam revertitur. Atque hic tum rerum Aſiaticarum erat ſtatus.

VIII. In Europa interim, praeſidio Macedonum eiecto, Rhodii civitatem ſuam liberaverant, & Athenienſes bellum Antipatro moverant, quod Lamiacum appellatur. Huius cauſas exponi prius neceſſum eſt, ut res per illud geſtae evidentiores fiant. Alexander paullo ante mortem omnes Graecarum civitatum exſules reducere conſtituerat, tum ut gloriae ſuae inſerviret, tum ut multos benevolentia ſibi devinctos, in unaquaque urbe, con-

μοὺς καὶ τὰς ἀποστάσεις τῶν Ἑλλήνων. διόπερ [1] ὑπογύων ὄντων τῶν Ὀλυμπίων, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα Νικάνορα τὸν Σταγειρίτην, δοὺς ἐπιστολὴν περὶ τῆς καθόδου. ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος ἀναγνωσθῆναι τοῖς πλήθεσι. τούτου δὲ ποιήσαντος τὸ προσταχθὲν, λαβὼν ὁ κήρυξ ἀνέγνω τὴν ἐπιστολὴν τήνδε·

Cauſa erat edictum de reditu exſulum, iuſſu regis in conventu Olympico promulgatum.

Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος τοῖς ἐκ τῶν [2] Ἑλληνίδων πόλεων Φυγάσι.

„Τοῦ μὲν Φεύγειν ὑμᾶς οὐχ ἡμεῖς αἴτιοι γεγόναμεν, „τοῦ δὲ κατελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας ἡμεῖς ἐσόμε„θα, πλὴν τῶν ἐναγῶν. γεγράφαμεν δὲ Ἀντιπάτρῳ „περὶ τούτων, ὅπως τὰς μὴ βουλομένας τῶν πόλεων „κατάγειν ἀναγκάσῃ.„ Κηρυχθέντων δὲ τούτων, μεγάλῳ κρότῳ [3] ἐπεσήμαινε τὸ πλῆθος. ἀποδεξάμενοι γὰρ οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν τὴν χάριν τοῦ βασιλέως, διὰ τῆς χαρᾶς ἠμείβοντο τὴν εὐεργεσίαν τοῖς ἐπαίνοις. ἦσαν

1 Ὑπογυίων Reg. 1. quod frequentius.

2 Ἑλλήνων Reg. 2. Baſil.

3 Ἐπεσήμηνε Vat. non male.

tra rerum novarum motus, & defectiones Graecorum, haberet. Appetentibus igitur Olympiis, Nicanorem Stagiritam cum epiſtola de revocandis exſulibus in Graeciam miſerat, eamque in conventu publico victoris praeconio multitudini promulgari iuſſerat. Illo mandatum exſecuto, praeco literas his verbis ſcriptas recitabat:

Alexander rex, Graecarum civitatum exſulibus.

Auctores exſilii veſtri nos haud fuimus: reditus vero in patriam, ſceleratis tantummodo exceptis, nos erimus. Qua de re Antipatro ſcripſimus, ut civitates reſtitutioni ſuorum refragantes vi cogat. His ita proclamatis, vulgus magno plauſu aſſenſum teſtabatur. Gratiam namque regis amplexi, qui in conventu panegyrico erant, laudibus hoc meritum cum

δ' οἱ Φυγάδες ἀπηντηκότες ἅπαντες ἐπὶ τὴν [1] πανήγυριν, ὄντες πλείους τῶν δισμυρίων. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τὴν κάθοδον τῶν Φυγάδων ὡς ἐπ' ἀγαθῷ γινομένην ἀπεδέχοντο· Αἰτωλοὶ δὲ καὶ Ἀθηναῖοι δυσχεραίνοντες τῇ πράξει, χαλεπῶς ἔφερον. Αἰτωλοὶ μὲν γὰρ τοὺς Οἰνιάδας ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πατρίδος, προσεδόκων τὴν ἐπὶ τοῖς παρανομήμασιν ἐπακολουθοῦσαν κόλασιν· καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἠπειληκὼς ἦν ὡς οὐκ Οἰνιάδων παῖδες, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιθήσει τὴν δίκην αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ τούτοις Ἀθηναῖοι τὴν [2] Σάμον κατακεκληρουχηκότες, οὐδαμῶς τὴν νῆσον ταύτην προΐεντο· οὐκ ὄντες δ' ἀξιόμαχοι ταῖς τούτου δυνάμεσι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἡσυχίαν ἦγον, ἐπιτηροῦντες καιρὸν εὔθετον, ὃν ἡ τύχη ταχέως αὐτοῖς παρεσκεύασε.

Aetoli & Athenienſes eo graviter offenſi.

θ'. Μετ' ὀλίγον γὰρ τελευτήσαντος Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς βασιλείας υἱοὺς διαδόχους οὐκ ἐχούσης, ἐτόλμησαν ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς κοινῆς τῶν

Hi, audita Alexandri morte,

1 Ἑορτὴν in Steph. marg. 2 Σάλιον Baſil. abſurde.

gaudio remunerabantur. Quotquot vero exſules tunc ad ludos convenerant, ſupra CCIↃↃ CCIↃↃ erant. Plerique igitur reductionem exſulum, ut bono ſtudio ſuſceptam, approbabant. Aetoli vero & Athenienſes, offenſi hac re, moleſte ferebant. Nam Aetoli, eiectis e patria Oeniadis, poenas pro delictis exigendas iam exſpectabant. Rex enim, non Oeniadarum liberos, ſed ſe ipſum poenas ipſis inflicturum, minatus fuerat. Sic Athenienſes Samo inſula, per ſortem inter colonos ſuos diviſa, cedere nolebant. Quia vero inferiores Alexandro viribus eſſent, armis in praeſens ſuperſedendum rati, opportunum ſibi tempus captabant. Quod fortuna ſubito illis exhibuit.

IX. Nam brevi poſt Alexandro defuncto, quandoquidem regnum filiis ſucceſſoribus carebat, cum libertate

Ἑλλήνων ἡγεμονίας. ἀφορμὰς δ' ἔσχον εἰς τὸν πόλεμον τό, τε πλῆθος [1] τῶν καταλειφθέντων ὑφ' Ἁρπάλου χρημάτων· (περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ διήλθομεν) ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀμίσθους γενομένους ὑπὸ τῶν Σατραπῶν μισθοφόρους, ὄντας μὲν ὀκτακισχιλίους, διατρίβοντας δὲ περὶ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου. διὸ καὶ τούτους προσέταξαν ἐν ἀπορρήτοις Λεωσθένει τῷ Ἀθηναίῳ τὸ μὲν πρῶτον ἀναλαβεῖν αὐτοὺς, ὡς [2] ἰδιοπραγοῦντα χωρὶς τῆς τοῦ δήμου γνώμης· ὅπως ὁ μὲν Ἀντίπατρος ῥαθυμότερον διατεθῇ πρὸς τὰς παρασκευὰς, καταφρονῶν τοῦ Λεωσθένους, οἱ δ' Ἀθηναῖοι σχολὴν λάβωσι καὶ χρόνον, προκατασκευάσαι τι τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων. διὸ καὶ Λεωσθένης, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας μισθωσάμενος τοὺς προειρημένους, παραδόξως ἑτοίμην ἔσχε πρὸς τὰς πράξεις ἀξιόλογον δύναμιν. ἐστρατευμένοι γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πολὺν χρόνον, καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώ-

adiuti Harpali pecunia,

duce Leoſthene, bello communi libertatem Graeciae contra Macedones tueri parant.

1 Non eſt in Baſil. 2 Ἰδιοπραγοῦντας idem.

totius Graeciae imperium aſſerere ſibi haud dubitarunt. Adiumentum ipſis ad hoc bellum praebuit magna vis pecuniarum ab Harpalo relicta, (de quibus ſingulatim libro ſuperiore a nobis dictum) & praeter has miles conductitius, a Satrapis Aſiaticis exauctoratus. Octo enim millia ad Taenarum Peloponneſi commorabantur. Ideo & clanculum mandaverant Leoſtheni Athenienſi, ut tanquam ſuum negotium abſque pſephiſmate agens, ſibi illos initio adiungeret, quo Antipater ſegnius in apparatum belli contemtu Leoſthenis incumberet, & Athenienſibus interim otium & tempus ad praeparandum bello conducibilia ſuppeteret. Milites ergo iam indicatos in magno ſilentio conduxit Leoſthenes: ac praeter opinionem copias non vulgares ad rem gerendam promtas habuit. Quia enim longo per Aſiam tempore militaverant, & in

νων μετεσχηκότες, ἀθληταὶ τῶν κατὰ [1] τὸν πόλεμον ἔργων ἐγεγένηντο. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐπράττετο, μήπω καλῶς ἐγνωσμένης τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς· ἐπεὶ δέ τινες ἐκ Βαβυλῶνος ἧκον, αὐτόπται γεγονότες τῆς τοῦ βασιλέως μεταλλαγῆς, τότε φανερῶς ὁ δῆμος ἀπεκαλύψατο πρὸς τὸν πόλεμον· καὶ τῶν μὲν Ἁρπάλου χρημάτων μέρος ἐξέπεμψε τῷ Λεωσθένει καὶ πανοπλίας οὐκ ὀλίγας, καὶ παρήγγειλε μηκέτι [2] παρακρύπτειν, ἀλλὰ φανερῶς πράττειν τι τῶν συμφερόντων. ὁ δὲ, διαδοὺς τοῖς μισθοφόροις τὰς συντάξεις, καὶ καθοπλίσας τοὺς ἀνόπλους, παρῆλθεν εἰς Αἰτωλίαν, συνθησόμενος κοινοπραγίαν. ἀσμένως δὲ τῶν Αἰτωλῶν συνυπακουσάντων, καὶ διδόντων αὐτῷ στρατιώτας ἑπτακισχιλίους, ὁ μὲν Λεωσθένης διαπεμπόμενος πρός τε [3] τοὺς Λοκροὺς καὶ Φωκεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλησιοχώρους, παρεκάλει τῆς αὐτονομίας ἀντέχεσθαι, καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων δεσποτείας ἐλευθερῶσαι τὴν Ἑλλάδα.

1 Omittit Baſ. 2 Παρακύπτειν Reg. 1. Leid. 3 Τῶν Baſil.

multis magniſque certaminibus ſuas habuerant partes, bellatores exercitati evaſerunt. Et haec ſane, interitu Alexandri non ſatis cognito, acciderunt. Poſteaquam vero Babylone quidam adveniſſent, qui oculis ſuis regis e vita diſceſſum viderant, populus ex profeſſo in bellum incubuit; miſſaque cum armis non paucis pecuniarum Harpali parte Leoſtheni, ne quid amplius occultaret, ſed quod ex reipublicae commodo foret, agendum ſuſciperet, demandavit. Is ſtipendio, quod praeſcriptum erat, militibus diſtributo, armatiſque, quibus arma deeſſent, in Aetoliam, ut communi bellum opera gereretur, tranſivit. Cui Aetoli libenter obſecuti, ſeptem armatorum millia tradunt. Tum Leoſthenes per legationem Locros & Phocenſes, ceteroſque finitimos, ad libertatem capeſſendam, & liberandam a Macedonum dominatu Graeciam, exhortatur.

ι. Ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, τῶν μὲν κτηματικῶν συμβουλευόντων τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, τῶν δὲ δημοκόπων ἀνασειόντων τὰ πλήθη, καὶ παρακαλούντων ἐῤῥωμένως ἔχεσθαι τοῦ πολέμου, πολὺ τοῖς πλήθεσιν ὑπερεῖχον οἱ τὸν πόλεμον αἱρούμενοι, καὶ τὰς τροφὰς εἰωθότες ἔχειν ἐκ τοῦ μισθοφορεῖν· οἷς ποτ᾽ ἔφησεν ὁ Φίλιππος, τὸν μὲν πόλεμον εἰρήνην ὑπάρχειν, τὴν δὲ εἰρήνην πόλεμον. εὐθὺς οὖν οἱ μὲν ῥήτορες τὰς τῶν δημοτικῶν ὁρμὰς σωματοποιοῦντες, ἔγραψαν ψήφισμα, τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας φροντίσαι τὸν δῆμον, καὶ τὰς μὲν φρουρουμένας πόλεις ἐλευθερῶσαι, ναῦς δὲ παρασκευάσαι τριήρεις μὲν τεσσαράκοντα, [1] τετρήρεις δὲ διακοσίας· στρατεύσασθαι δὲ πάντας Ἀθηναίους τοὺς μέχρις ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ τρεῖς μὲν φυλὰς τὴν Ἀττικὴν παραφυλάττειν, τὰς δ᾽ ἑπτὰ πρὸς τὰς ὑπερορίους στρατείας ἑτοίμους εἶναι. ἐκπέμψαι δὲ καὶ πρέσβεις τοὺς

Apparatus belli & legatio ad civitates Graecorum miſſa.

1 Deſunt haec, librarii negligentia, uſque καὶ τρεῖς, Baſil.

X. In populo interim Athenienſi bello abſtinendum locupletes ſuadere. At rabulae populares multitudinem concitare, &, ut bellum gnaviter capeſſerent, exhortari. Unde evenit, ut qui bellum eligerent, ac faciendis ſtipendiis victum ſibi quaererent, numero ſuperarent. Cui hominum generi bellum eſſe pacem, pacemque bellum, Philippus olim dixit. Confeſtim itaque oratores, in unum quaſi corpus aggregatis, qui cum plebe ſentirent, pſephiſma condunt, ut communis Graecorum libertatis curam populus ſuſcipiat, urbeſque praeſidiis occupatas liberet: claſſem etiam triremium XL & ducentarum quadriremium comparet. Tum quicunque Athenienſium aetatis annum quadrageſimum non exceſſiſſent, nomina in hanc militiam profiteantur. Treſque pro Attica tribus excubent: reliquae ſeptem ad expeditiones ulteriores ſint praeſto. Legati praeter haec mittantur, qui ad omnes

ἐπελευσομένους τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, καὶ διδάξοντας ὅτι καὶ πρότερον μὲν ὁ δῆμος, τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν κοινὴν εἶναι πατρίδα κρίνων τῶν Ἑλλήνων, τοὺς ἐπὶ δουλείᾳ στρατευσαμένους Βαρβάρους ἠμύνατο κατὰ θάλατταν, καὶ νῦν [1] οἴεται δεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ προκινδυνεύειν. κυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος προχειρότερον ἢ συνέφερεν, οἱ μὲν συνέσει διαφέροντες τῶν Ἑλλήνων ἔφασαν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων τὰ μὲν πρὸς εὐδοξίαν εὖ βεβουλεῦσθαι, τοῦ δὲ συμφέροντος διημαρτηκέναι. προεξανίστασθαι γὰρ αὐτὸν τῶν καιρῶν, καὶ πρὸς ἀνικήτους καὶ μεγάλας δυνάμεις ἐπιβάλλεσθαι διακινδυνεύειν, μηδεμιᾶς ἀνάγκης κατεπειγούσης, καὶ φρονήσει δοκοῦντα διαφέρειν, μηδὲ ταῖς περιβοήτοις τῶν Θηβαίων συμφοραῖς νενουθετῆσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρέσβεων ἐπιπορευομένων τὰς πόλεις, καὶ τῇ συνήθει

1 Οἴσεται Baſil.

Graeci nominis civitates profecti illas doceant, quod & antea populus, univerſam Graeciam communem Graecorum patriam eſſe iudicans, Barbaros ad ſervitutem Graecis inferendam cum exercitu invadentes mari propulſarit, & nunc pro communi Graecorum ſalute, cum corporum, fortunarumque, & claſſis diſcrimine, propugnandum cenſeat. Hoc populi decreto propenſius, quam utilius, ſancito, qui Graecorum intelligentia ceteros anteibant, populum Athenienſium, quod ad gloriam, recte quidem conſuluiſſe, verum quod ad utilitatem publicam, tota aberraſſe via, cenſebant. Nam commovere ſe illum ante tempus, & belli fortunam experiri velle cum invictis maximiſque copiis, ubi nulla urgeat neceſſitas: & cum prudentia excellere putetur, ne pervulgatis quidem cladibus Thebanorum admoneri. Sed tamen cum urbes adirent legati, & uſitata cives grandi-

τῶν λόγων δεινότητι παρορμώντων πρὸς τὸν πόλεμον, αἱ πλεῖσται μὲν συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, αἱ μὲν κατ' ἔθνος, αἱ δὲ κατὰ πόλιν.

ια'. Τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν πρὸς Μακεδόνας [1] ἀπέκλιναν, οἱ δὲ τὴν ἡσυχίαν εἵλοντο. Αἰτωλοὶ μὲν οὖν ἅπαντες πρῶτοι συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, καθάπερ προείρηται· μετὰ δὲ τούτους Θετταλοὶ μὲν πάντες, πλὴν [2] Πελινναίων· Οἰταῖοι δὲ, πλὴν Ἡρακλεωτῶν· Ἀχαιῶν δὲ Φθιῶται, πλὴν Θηβαίων· [3] Μηλιεῖς δὲ, πλὴν Μαλέων. ἑξῆς δὲ Δωριεῖς ἅπαντες, καὶ Λοκροὶ, καὶ Φωκεῖς· ἔτι δὲ Αἰνιᾶνες, καὶ [4] Ἀλυζαῖοι, [5] καὶ Δόλοπες· πρὸς δὲ τούτοις, Ἀθάμαντες καὶ Λευκάδιοι, καὶ Μολοττῶν οἱ περὶ Ἀρυπταῖον. οὗτος δ' ὕπουλον συμμαχίαν συνθέμενος, ὕστερον διὰ προδοσίας συνήργησε τοῖς Μακεδόσι. τῶν τ' Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν ὀλίγοι συνέθεντο συμμαχίαν, διὰ τὸ πρὸς τοὺς Μακεδόνας μῖ- Recenſus ſociorum belli.

1 Ἀπέκλινον Baſil.
2 Vulg. Πελληναίων. Vid. not.
3 Μιληεῖς Reg. 1. Vulg. Ἠλιεῖς.
4 Λυζαῖοι ora Steph. Leid. & Reg. 1. Vulgo Κλυζαῖοι.
5 Καὶ οἱ Leid.

loquentia ad bellum incitarent, pleraeque ad ſocietatis foedus, aliae nationum, aliae civitatum ſingularum nomine, ſe applicarunt.

XI. De ceteris Graecis pars ad Macedones propendebant, pars nihil movendum ſibi arbitrabantur. Univerſa igitur Aetolorum natio omnium prima, ut dictum eſt, in foedus tranſiit. Et poſt hos Theſſali omnes, praeter Pelinnaeos. Oetaei, exceptis Heracleotis. Ex Achaeis Phthiotae, abſque Thebanis tamen. Melienſes, demtis Malienſibus. Hinc Dorienſium, Locrorumque & Phocenſium gentes univerſae. Itemque Aenianes, Alyzaei & Dolopes. Et praeter eos, Athamanes, Leucadii, & Moloſſi ſub imperio Aryptaei: qui ſocietatem fucatam iniverat, & per proditionem Macedones poſtea adiuvit. Pars etiam Illyriorum & Thracum non exigua, odio Macedonum,

σος. ἑξῆς δὲ συνελάβοντο τοῦ πολέμου Καρύστιοι μὲν ἐξ Εὐβοίας, τελευταῖοι δὲ τῶν Πελοποννησίων Ἀργεῖοι, Σικυώνιοι, Ἠλεῖοι, Μεσσήνιοι, καὶ οἱ τὴν ἀκτὴν κατοικοῦντες. οἱ μὲν οὖν συμμαχίαν συνθέμενοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχον οἱ προειρημένοι. ὁ δὲ δῆμος ἀπέστελλε στρατιώτας τῷ Λεωσθένει βοηθήσοντας, πολιτικοὺς μὲν πεζοὺς πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους, μισθοφόρους δὲ δισχιλίους. τούτων δὲ πορευομένων διὰ τῆς Βοιωτίας, ἀλλοτρίους συνέβαινεν εἶναι τοὺς Βοιωτοὺς τοῖς Ἀθηναίοις, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· Ἀλέξανδρος Θήβας κατασκάψας, τὴν χώραν τοῖς περιοικοῦσι Βοιωτοῖς ἔδωκεν. οὗτοι δὲ κατακληρουχήσαντες τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, ἐκ τῆς χώρας μεγάλας ἐλάμβανον προσόδους. διόπερ εἰδότες ὅτι κρατήσαντες Ἀθηναῖοι τῷ πολέμῳ, τοῖς Θηβαίοις ἀποκαταστήσουσι τήν τε πατρίδα καὶ τὴν χώραν, [1] ἀπέκλιναν πρὸς τοὺς Μακεδόνας. στρατοπεδευόντων δ' αὐτῶν περὶ τὰς Πλαταιὰς, ὁ Λεωσθέ-

Boeoti Macedonum partibus ſe adiungunt.

1 Ἀπέκλιναν Reg. 1. quod malo ob praecedentia. Edd. ἀπέκλινον.

in ſocietatis pactum venit. Ad quod etiam acceſſerant ex Euboea Caryſtii: & tandem ex Peloponneſiis, Argivi, Sicyonii, Elei, Meſſenii, & qui Acten incolunt. Hi ergo, quos recenſuimus, Graecorum, ſocietatis inter ſe foedus pacti ſunt. Populus autem Leoſtheni auxilio miſit ex civibus IↃↃ peditum, & equites quingentos, mercede autem conductorum millia duo. Qui cum iter facerent per Boeotiam, infeſtos habuere Boeotos, his de cauſis. Alexander, Thebis ſolo aequatis, finitimis Boeotis agros conceſſerat. Hi forte miſerorum fundos inter ſe partiti, amplos inde reditus percipiebant. Quare cum futurum ſcirent, ut Athenienſes bello ſuperiores Thebanis patriam & agros reſtituerent, Macedonum partibus ſe adiunxerunt. Dumque caſtra ad Plataeas metantur, Leoſthenes cum parte copiarum in

νης μέρος τῆς ἰδίας δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν. μετὰ δὲ τῶν Ἀθηναίων παραταξάμενος πρὸς τοὺς ἐγχωρίους, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ τρόπαιον στήσας ταχέως ἐπανῆλθεν εἰς Πύλας· ἐνταῦθα γὰρ διατρίβων χρόνον τινὰ προκατείληπτο τὰς παρόδους, καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων δύναμιν ἀνεδέχετο.

ιβʹ. Ἀντίπατρος δ' ἀπολελειμμένος ὑπ' Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης, ὡς ἐπύθετο τήν τε τοῦ βασιλέως ἐν Βαβυλῶνι τελευτὴν, τήν τε τῶν σατραπειῶν διαίρεσιν, πρὸς μὲν Κρατερὸν εἰς Κιλικίαν διεπέμπετο, παρακαλῶν τὴν ταχίστην βοηθῆσαι· (οὗτος γὰρ προαπεσταλμένος εἰς Κιλικίαν, [1] ἤμελλε κατάγειν εἰς Μακεδονίαν τοὺς ἀπολελυμένους τῆς στρατείας Μακεδόνας, ὄντας ὑπὲρ τρισμυρίους) πρὸς δὲ Φιλώταν τὸν εἰληφότα σατραπείαν [2] τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν, ὁμοίως ἀξιῶν καὶ τοῦτον βοηθῆσαι, καὶ μίαν τῶν [3] ἑαυτοῦ θυ-

Antipater, Alexandri in Europa imperator, coactis copiis obnititur;

1 Ἔμελλε Leid.
2 Non eſt in Baſil.
3 Αὐτοῦ idem. Tum συνοικεῖν Reg. 1.

Boeotiam venit: & inſtructa civium ſuorum acie, incolas adortus, victor exſtitit, erectoque tropaeo, ad Pylas retro movit. Hîc enim poſt aditus a ſe occupatos, dum copias Macedonum exſpectat, ad tempus ſtativa habebat.

XII. Antipater vero, ſummus Europae dux ab Alexandro relictus, ubi de morte regis in Babylone, & ſatrapiarum diviſione, cognovit, ad Craterum miſit in Ciliciam, qui, ut cum prima occaſione auxilium ſibi ferret, exhortarentur. Hic enim iam ante in Ciliciam miſſus, ultra XXX Macedonum millia, vacationem a militia adeptos, in patriam reducere parabat. Philotam inſuper, qui Phrygiae ad Helleſpontum acceperat ſatrapatum, de ſuppetiis ferendis ſollicitat, filiarum una in matrimonium

γατέρων συνοικιεῖν ἐπαγγελλόμενος. πυθόμενος δὲ τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων συνδρομὴν ἐπ᾽ αὐτὸν γεγενημένην, τῆς μὲν Μακεδονίας ἀπέλιπε στρατηγὸν [1] Σίππαν, δοὺς στρατιώτας τοὺς ἱκανοὺς, καὶ παραγγείλας στρατολογεῖν ὡς πλείστους. αὐτὸς δ᾽ ἀναλαβὼν Μακεδόνας μὲν μυρίους καὶ τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους, (ἐσπάνιζε γὰρ ἡ Μακεδονία στρατιωτῶν πολιτικῶν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ διαδοχὴν τῆς [2] στρατιᾶς) ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας εἰς Θετταλίαν, συμπαραπλέοντος αὐτῷ τοῦ στόλου παντὸς, ὃν ἀπεσταλκὼς ἦν Ἀλέξανδρος [3] παραπέμψοντα πλῆθος χρημάτων ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οὐσῶν πασῶν τῶν τριήρων ἑκατὸν καὶ δέκα. οἱ δὲ Θετταλοὶ τὸ μὲν πρῶτον συμμαχοῦντες τῷ Ἀντιπάτρῳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἱππεῖς ἐξέπεμψαν αὐτῷ· ὕστερον δ᾽ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων μεταπεισθέντες,

1 Σίσπαν ora Steph.

2 Στρατιᾶς Reg. 1. Leid. Σατραπείας Steph. margo, Vatic. Baſil. Reg. 2. In edd. στρατείας.

3 Παραπέμψοντα Reg. 1. quod non diſplicet. Cett. παραπέμψαντα.

promiſſa. Simulac vero Graecorum adverſus ſe cuncurſationem audivit, Sippam, qui Macedoniae imperator eſſet interim, cum non mediocri manu reliquit, & ut milites quam plurimos colligeret, iuſſit. Ipſe vero, Macecedonum tredecim millibus, & equitibus IↃC, ſibi adiunctis, (rarior enim militis ex civibus, propter ſupplementa in Aſiam tranſmiſſa, tum temporis copia erat) ex Macedonia in Theſſaliam tranſit, tota claſſe iuxta navigante, quam Alexander, magnam pecuniae vim ex regiis theſauris in Macedoniam allaturam, miſerat. Summa harum in univerſum erat CX triremium. Theſſali quidem, inter principia ſocietatem Antipatri amplexi, multos forteſque equites illi miſerant. Sed poſtea in aliam ſententiam ab Athenienſibus traducti, ad Leoſthenem

ἀφίππευσαν πρὸς Λεωσθένην, καὶ μετὰ τῶν Ἀθηναίων ταχθέντες, διεπολέμουν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. μεγάλης δὲ δυνάμεως ταύτης τοῖς Ἀθηναίοις προσγεγενημένης, οἱ μὲν Ἕλληνες ἐκράτουν, πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπερέχοντες· ὁ δὲ Ἀντίπατρος μάχῃ λειφθεὶς, καὶ τὸ λοιπὸν οὔτε παρατάξασθαι τολμῶν, οὔτ' εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπανελθεῖν ἀσφαλῶς δυνάμενος, [1] κατέφυγεν εἰς πόλιν Λαμίαν. ἐν ταύτῃ δὲ τὴν δύναμιν συνέχων, καὶ τὰ τείχη [2] κατασκευάζων, ἔτι δὲ παρασκευὰς ὅπλων καὶ καταπελτῶν καὶ σίτου ποιούμενος, ἐκαραδόκει τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσίας συμμάχους.

ſed proelio victus, Lamiam in Theſſalia confugere cogitur.

ιγ'. Λεωσθένης δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρελθὼν πλησίον τῆς Λαμίας, καὶ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρωσάμενος τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκτάξας τὴν δύναμιν [3] προσῆγε τῇ πόλει, καὶ τοὺς Μακεδόνας εἰς μάχην προυκαλεῖτο. μὴ τολμώντων δὲ αὐτῶν διαγωνίσασθαι, προσβολὰς καθ' ἡμέραν τοῖς τεί-

Leoſthenes eum incluſum obſidione tenet;

1 Omittit Reg. 1. Paullo ante προγεγενημένης Baſil.

2 Κατεσκεύαζεν Reg. 1.

3 Προσεῖχε Reg. 1.

cum equitatu ſe contulerunt, & cum Athenienſibus coniuncti, pro libertate Graecorum belligerabantur. Cum igitur magnum Athenienſibus robor acceſſiſſet, Graeci, longe Macedonibus ſuperiores, praevalebant. Et Antipater proelio victus, quod aciem deinceps opponere non auderet, neque regredi in Macedoniam tuto poſſet, Lamiam perfugit: ubi militem in officio continens, moeniaque inſtaurans, & armorum, catapultarum & frumenti apparatu ſe confirmans, ſuppetias ex Aſia praeſtolabatur.

XIII. Leoſthenes vero, cum omnibus copiis quam proxime ad Lamiam accedens, foſſa profunda valloque caſtra munit. Ac primo quidem, cum inſtructo agmine urbi imminens, ad pugnam Macedones laceſſit. Sed cum pugnae ſe periculo committere non auderent, quotidie

χεσιν ἐκ διαδοχῆς ἐποιεῖτο. ἀμυνομένων δὲ τῶν Μακεδόνων εὐρώστως, πολλοὶ τῶν προπετῶς βιαζομένων Ἑλλήνων ἀπώλλυντο· δυνάμεως γὰρ ἀξιολόγου κατὰ τὴν πόλιν οὔσης, καὶ βελῶν παντοδαπῶν ἀφθονίας, ἔτι δὲ τείχους πολυτελοῦς κατεσκευασμένου, ῥᾳδίως οἱ πολιορκούμενοι περιεγίνοντο. ὁ δὲ Λεωσθένης, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ βίας ἅλωσιν τῆς πόλεως, τὰς ἀγομένας εἰς αὐτὴν ἀγορὰς παρῃρεῖτο, νομίζων ῥᾳδίως τῇ σιτοδείᾳ καταπολεμήσειν τοὺς ἐγκεκλεισμένους ἐν τῇ πόλει. κατεσκεύαζε δὲ [1] καὶ τεῖχος, καὶ τάφρον ὤρυττε μεγάλην καὶ βαθεῖαν, εἴργων τοὺς πολιορκουμένους ἀπὸ τῆς ἐξόδου. μετὰ δὲ ταῦτα Αἰτωλοὶ μὲν ἀξιώσαντες τὸν Λεωσθένην διά τινας ἐθνικὰς χρείας κατὰ τὸ παρὸν ἀπελθεῖν ἐπ' οἴκου, πάντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Αἰτωλίαν. [2] οὕτω δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καταπονηθέντων, καὶ τῆς πόλεως κινδυνευούσης ἁλῶναι διὰ τὴν προσδοκωμένην

1 Κατὰ τάχος τεῖχος ſolus Ven. 2 Οὕτως Baſil.

per vices moenia oppugnat. Dumque ita ſtrenuo Macedones propugnant, multi Graecorum imprudentius hoſtem adorti occumbunt. Nam quia manus non contemnenda, & telorum omnis generis copia in urbe erat, murum inſuper habebant magnis impendiis exſtructum, facile ſuperiores evadebant. Leoſthenes igitur, vi oppidum oppugnari haud poſſe intelligens, a commeatu illud interclusit, quod cibariorum inopia ſe facile obſeſſos in urbe debellaturum exiſtimabat. Idcirco murum excitat, magnamque ſub eo foſſam ex profundo educit, hoſtemque exitu prohibet. Poſt hoc Aetoli, venia domum redeundi a Leoſthene petita, quod publica quaedam negotia avocarent, omnes in Aetoliam revertuntur. Atqui dum ita cum ſuis Antipater in ſummis haeret anguſtiis, parumque abeſt, quin urbs, propter imminentem com-

σιτοδείαν, ἡ τύχη τὸ παράδοξον ἀπένειμε τοῖς Μακεδόσιν εὐκλήρημα. τοῦ γὰρ Ἀντιπάτρου τοῖς τὰς τάφρους ὀρύττουσιν ἐπιθεμένου, καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ [1] πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, [2] παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ, καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ, τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι. κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν ὁ μὲν κορυφαῖος τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων Δημοσθένης ἐπεφεύγει, καταδεδικασμένος ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων· ἀντὶ δὲ τοῦ Λεωσθένους κατεστάθη στρατηγὸς Ἀντίφιλος, ἀνὴρ συνέσει στατηγικῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρων. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν.

ſed facta eruptione commiſſoque proelio Macedones vincunt, & Leoſthenes ipſe cadit.

Tum Demoſthenes exſilii poenam ſubiit.

In Leoſthenis locum ſucceſſit Antiphilus.

1 Πληγεὶς τὴν ſine εἰς Reg. 1. ſatis eleganter.

2 Παραχρῆμα μὲν ἔπεσε Vatic. Baſil. Mox ἐκομίσθη Venet.

meatus penuriam, capiatur, repentinam fortuna proſperitatem Macedonibus attribuit. Antipatro enim occupatos in ducendis foſſis invadente, proelium committitur. Ubi dum Leoſthenes ſuis opitulatur, ſaxo in capite ictus, ſtatim corruit, & ſemianimis in caſtra relatus, tertia die poſt vitam claudit, ac propter gloriam bello acquiſitam heroice ſepelitur. Funebrem eius laudationem populus Athenienſium Hyperidem perorare iuſſit. Is primus inter oratores, propter eximiam dicendi facultatem, & odium adverſus Macedones, habebatur. Per illud enim tempus ſummus oratorum Demoſthenes, quaſi pecunias ab Harpalo accepiſſet, condemnatus ſolum verterat. In locum autem Leoſthenis Antiphilus, prudentia imperatoria & fortitudine excellens, imperator eſt ſuffectus. Europae igitur ſtatus hunc ad modum ſe tunc habebat.

Ptolemaeus, Aegypti ſatrapa, cum Antipatro foedus contra Perdiccam iungit.

ιδʹ. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, τῶν μεμερισμένων τὰς σατραπείας Πτολεμαῖος μὲν ἀκινδύνως παρέλαβε τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοῖς μὲν ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προσεφέρετο, παραλαβὼν δὲ ὀκτακισχίλια τάλαντα, μισθοφόρους ἤθροιζε, καὶ δυνάμεις παρεσκευάζετο· συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν, διὰ τὴν ἐπιείκειαν. πρὸς δὲ Ἀντίπατρον διαπρεσβευόμενος, κοινοπραγίαν συνέθετο, σαφῶς εἰδὼς, ὅτι Περδίκκας ἐπιβαλεῖται παρελέσθαι τὴν τῆς Αἰγύπτου σατραπείαν.

Lyſimachus in Thracia Seutham regem bello impugnat.

Λυσίμαχος δ᾽ ἐπιβαλὼν τοῖς κατὰ τὴν Θράκην τόποις, καὶ καταλαβὼν Σεύθην τὸν βασιλέα κατεστρατοπεδευκότα πεζοῖς μὲν δισμυρίοις, ἱππεῦσι δ᾽ ὀκτακισχιλίοις, οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῆς δυναμέως. ἔχων δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν οὐ πλείους τῶν τετρακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους, συνῆψε μάχην τοῖς Βαρβάροις. ταῖς μὲν οὖν ἀνδραγαθίαις προεῖχεν αὐτῶν, τοῖς

XIV. In Aſia vero ex illis, qui ſatrapias inter ſe partiti fuerant, Ptolemaeus, Aegyptum citra periculum adeptus, humanum ſe regionis eius incolis exhibebat: & octo millibus talentûm potitus, conductis, qui aera mererentur, exercitum comparabat. Complures etiam amice erga illum affecti, propter aequitatem, ad ipſum confluebant. Per legatos autem cum Antipatro ſocietatis foedus inivit, cum certo futurum ſciret, ut Perdiccas Aegypti ſatrapiam ſibi adimere conaretur. Tum & Lyſimachus, in Thraciae quaedam loca irrumpens, Seutham regem cum XX peditum, & VIII equitum millibus caſtra metatum offendit. Sed magnitudine copiarum haud perterritus, cum ipſe ad ſummum non plus in pedeſtri agmine, quam IV millia, & duo tantum millia in equitatu, haberet, ſigna cum Barbaris contulit. Ac licet virtute quidem ſuperior, multitudine vero inferior eſſet,

δὲ πλήθεσι λειπόμενος, καρτερὰν μάχην συνεστήσατο, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἰδίων ἀποβαλὼν, πολλαπλασίους δ' ἀποκτείνας, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν στρατοπεδείαν, ἀμφίδοξον ἔχων τὴν νίκην. τότε μὲν οὖν ἐχωρίσθησαν ἐκ τῶν τόπων αἱ παρ' ἀμφοτέροις δυνάμεις, καὶ παρασκευὰς μείζους ἐποιοῦντο πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάθεσιν. Λεοννάτος δὲ, παραγενομένου πρὸς αὐτὸν Ἑκαταίου πρεσβευτοῦ, καὶ δεομένου βοηθῆσαι τὴν ταχίστην Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν, ἐπηγγείλατο συμμαχήσειν. διαβὰς οὖν εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ καταντήσας εἰς Μακεδονίαν, προσελάβετο πολλοὺς στρατιώτας Μακεδόνας· ἀθροίσας δὲ τοὺς ἅπαντας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ [1] δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, προῆγε διὰ τῆς Θετταλίας ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

Inter haec Leonnatus, ex Aſia in Europam traiiciens, auxiliis adiuvat Antipatrum.

ιε'. Οἱ δὲ Ἕλληνες, λύσαντες τὴν πολιορκίαν, καὶ τὴν στρατοπεδείαν ἐμπρήσαντες, τὸν μὲν ἀχρεῖον εἰς παράταξιν ὄχλον καὶ τὰς παρασκευὰς εἰς Μελίτειαν πόλιν

Graeci, ſoluta Lamiae obſidione, Leonnato infeſti obviam eunt.

1 Χιλίους Vatic. Reg. 2. Baſil. Tum προσῆγε Reg. 1.

pugnam tamen inivit acerrimam, qua magna ſuorum iactura facta, ſed longe maiore hoſtium numero caeſo, cum victoria ancipiti in caſtra receſſit. Et tunc quidem digreſſae ex locis illis utrorumque copiae, maiores ad diſceptandum de ſumma rerum apparatus faciebant. Inter hoc Leonnatus, cum profectus ad ipſum Hecataeus, ut quam celerrime ſuccurreret Antipatro & Macedonibus, rogaret, auxilia promiſit. In Europam igitur tranſgreſſus, ut Macedoniam intravit, multos ſibi Macedonum adiunxit. Et plus quam XX peditum, & equitum duobus millibus & quingentis in univerſum coactis, per Theſſaliam in hoſtes duxit.

XV. Tum Graeci, ſoluta obſidione, caſtriſque incenſis, inutilem pugnae turbam cum impedimentis in urbem Me-

ἐξέπεμψαν· αὐτοὶ δ' εὔζωνοι καὶ πρὸς μάχην ὄντες ἕτοιμοι, προῆγον ἀπαντήσοντες τοῖς περὶ Λεοννάτον, πρὸ τοῦ τὸν Ἀντίπατρον [1] συμμίξαι, καὶ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας εἰς ἕνα τόπον συνελθεῖν. εἶχον δὲ τοὺς σύμπαντας, πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ δισχιλίους· (οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ πάντες προαπηλλαχότες ἦσαν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οὐκ ὀλίγοι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπῆρχον εἰς τὰς πατρίδας κεχωρισμένοι) ἱππεῖς δὲ συνεστρατεύοντο πλείους τῶν τρισχιλίων καὶ πεντακοσίων, ὧν ἦσαν Θετταλοὶ δισχίλιοι, διάφοροι ταῖς ἀρεταῖς, ἐν οἷς

Proelio equeſtri Leonnatus fuſus & occiſus.

εἶχον μάλιστα τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας. γενομένης δὲ ἱππομαχίας ἰσχυρᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ τῶν Θετταλῶν [2] διὰ τὰς ἀρετὰς ἐπικρατούντων, ὁ μὲν Λεοννάτος λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, [3] καὶ διακλεισθεὶς εἰς τόπον τελματώδη, τοῖς ὅπλοις ἠλαττοῦτο· πολλοῖς δὲ τραύμασι περιπεσὼν, καὶ τελευτήσας, ὑπὸ τῶν ἰδίων ἤρθη,

1 Deſit Reg. 1. Paullo ante Μελίτειαν Reg. 2. Cett. Μελιτίαν.
2 Ταῖς ἀρεταῖς ἐπικρατούντων ora Stephan. & Reg. 1. cum Leid.
3 Non habet Leid. Mox τελμώδη Baſil.

litiam dimittunt. Ipſi vero expedito & ad pugnam accincto agmine, Leonnati copiis occurrunt prius, quam, Antipatro cum illis coniuncto, uterque exercitus in unum locum conveniret. Totus horum numerus erat XXII millia peditum, (nam Aetoli iam ante domum ſe receperant, nec pauci de ceteris Graecis in patriam abſceſſerant) equitum vero plures quam ter mille ac quingenti una militabant. Inter quos duo millia Theſſalorum erant, virtute praeſtantes, in quibus maxime victoriae ſpem habebant. Equeſtri igitur proelio ad bene longum tempus fortiter diſceptatur: ubi Theſſalis virtute ſuperantibus, Leonnatus, tametſi praeclare dimicaret, in paluſtrem tamen locum coarctatus, dum etiam armis degravatur, ſuccumbit, multiſque vulneribus confectus, mortem op-

καὶ πρὸς τὴν ἀποσκευὴν ἀπηνέχθη τετελευτηκώς. τῇ δ' ἱππομαχίᾳ λαμπρῶς τῶν Ἑλλήνων νενικηκότων, [1] Μέ-νωνος ἱππαρχοῦντος τοῦ Θετταλοῦ, εὐθὺς ἡ τῶν Μακεδόνων φάλαγξ, φοβουμένη τοὺς ἱππεῖς, ἀπεχώρησεν ἐκ τοῦ πεδίου πρὸς τὰς ὑπερκειμένας δυσχωρίας, καὶ [2] τῇ τῶν τόπων ὀχυρότητι τὴν ἀσφάλειαν περιεποιήσατο. τῶν δὲ Θετταλῶν ἱππέων προσμαχομένων, [3] καὶ διὰ τὴν δυσχωρίαν ἀπράκτων γινομένων, οἱ μὲν Ἕλληνες, τρόπαιον στήσαντες, καὶ τῶν νεκρῶν κυριεύσαντες, ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς μάχης. τῇ δ' ὑστεραίᾳ παραγενηθέντος Ἀντιπάτρου μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ συμμίξαντος τοῖς ἡττημένοις, μίαν οἱ πάντες Μακεδόνες ἐποιήσαντο τὴν στρατοπεδείαν, καὶ τὴν τῶν ὅλων στρατηγίαν παρέλαβεν Ἀντίπατρος. οὗτος δὲ κρίνας ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας, τὴν μὲν διὰ τῶν ὅπλων [4] προσχώρησιν

Victos colligit Antipater, & in tutum ſe recipit.

1 Μέννωνος Baſil.
2 Omittit Baſil.
3 Negligitur a Reg. 1. & Leid. καὶ ante διὰ, quos laudo.
4 Προσχώρησιν ora Steph. Leid. Reg. 1. Ἀποχώρησιν alii.

petit, & ſublatus a ſuis ad impedimenta mortuus deportatur. Idcirco Graecis tam ſplendida victoria (ubi Menon Theſſalus ſummus equitum dux fuerat) potitis, Macedonum phalanx, equitatus metu, protinus e campeſtribus ad ſuperiores locorum difficultates abſcedit, eorumque firmitate incolumitatem ſuam tutatur. Theſſali quidem equites illos oppugnabant: ſed locorum iniquitas obſtabat, quo minus aliquid efficerent. Quamobrem Graeci, interfectorum cadaveribus potiti, erecto tropaeo, pugna abſcedunt. Poſtridie, ubi Antipater cum agmine ſuo venit, ſeque victis adiunxit, caſtris Macedonum adunatis, rei totius adminiſtrationem ſuſcepit. Is, dum Theſſalos equitatu ſuperiores eſſe vidit, in praeſens quieſcendum ratus, ferro quidem viam ſibi aperire non audet;

ἀπέγνω, διὰ δὲ τῆς δυσχωρίας προάγων, καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους προκαταλαμβανόμενος, [1] ἀπεχώρησεν ἐκ τούτων τῶν τόπων. Ἀντίφιλος δὲ ὁ τῶν Ἑλλήνων στρατηγὸς, ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας τοὺς Μακεδόνας, ἐφήδρευε περὶ Θετταλίαν διατρίβων, καὶ καραδοκῶν τὴν τῶν πολεμίων ὁρμήν· καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐν τοιαύταις εὐημερίαις ὑπῆρχε. τῶν δὲ Μακεδόνων θαλαττοκρατούντων, οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶν ἄλλας κατεσκεύασαν, ὥστε γενέσθαι τὰς πάσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. τῶν δὲ Μακεδονικῶν οὐσῶν νεῶν διακοσίων καὶ τεσσαράκοντα, τὴν ναυαρχίαν εἶχε Κλεῖτος. οὗτος δὲ [2] ναυμαχήσας πρὸς Ἠετίωνα τὸν Ἀθηναίων ναύαρχον, [3] νενίκηκε δυσὶ ναυμαχίαις, καὶ συχνὰς τῶν πολεμίων νεῶν διέφθειρε, περὶ τὰς καλουμένας [4] Ἐχινάδας νήσους.

Sed maris imperium obtinet claſſis Macedonica, duce Clito duplici proelio victrix.

ιϛʹ. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Περδίκκας, ἔχων μεθ᾽ ἑαυτοῦ τόν τε βασιλέα Φίλιππον καὶ τὴν βασι-

Interea Perdiccas bello ſubigit Ariarathen.

1 Ὑποχώρησεν iidem.
2 Ναυαρχήσας Leid.
3 Ἐνίκησε Reg. 1. Leid.
4 Ἐχινάδας Venet. perperam.

ſed per tractus regionis impeditos procedens, & ſuperiora loca praeoccupando, inde diſceſſit. Antiphilus vero, Graecorum imperator, Macedonibus inſigni proelio victis, ſtativa habebat in Theſſalia, quo hoſtis ſeſe verteret, obſervans. Et Graeci quidem tam felicem rerum ſucceſſum tunc habebant. Quia vero maris imperium Macedones tenebant, Athenienſes priori claſſi adiiciendas naves alias compingunt, ut numero centum & ſeptuaginta eſſent. Macedonica autem claſſis CCXL navibus conſtabat, Clituſque ei praefectus erat. Hic, cum Eetione Athenienſium navarcho ad Echinades inſulas congreſſus, gemino proelio victor plurimas hoſticarum navium corrupit.

XVI. Sub id tempus Perdiccas, regem Philippum re-

λικὴν δύναμιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας δυνάστην. οὗτος γὰρ οὐ προσέχων τοῖς Μακεδόσιν, ὑπὸ μὲν Ἀλεξάνδρου παρεωράθη, διὰ τοὺς περὶ Δαρεῖον ἀγῶνας καὶ περισπασμούς, [1] ἀναστροφὴν δὲ πολυχρόνιον ἔσχε, κυριεύων τῆς Καππαδοκίας. διὸ καὶ πολλὰ μὲν ἐκ τῶν προσόδων χρήματα ἤθροισε, δυνάμεις δ' ἐγχωρίους καὶ ξενικὰς μεγάλας συνεστήσατο. διὸ καὶ βασιλείας ἀντιποιούμενος, ἕτοιμος ἦν πρὸς τὸν Περδίκκαν διαγωνίζεσθαι, πεζοὺς μὲν ἔχων τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ μυρίους [2] πεντακισχιλίους. ὁ δὲ Περδίκκας, συνάψας αὐτῷ μάχην, καὶ τῇ παρατάξει νικήσας, ἀνεῖλε μὲν εἰς τετρακισχιλίους, ἐζώγρησε δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς [3] ὁ Ἀριαράθης. τοῦτον μὲν οὖν καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας αἰκισάμενος ἀνεσταύρωσε· τοῖς δ' ἡττηθεῖσι συγχωρήσας τὴν ἀσφάλειαν, [4] καὶ καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Καπ- Cappadociae ſatrapia Eumeni Cardiano tradita.

1 Καὶ ἀναστρ. Reg. 1. Tum εἶχε Vat. Ven. Baſil.
2 Deſit Venet. Baſil. Reg. 2.
3 Abeſt articulus Baſil.
4 Sex, quae ſuccedunt, deſiderantur in Baſil.

giaſque copias ſecum habens, in Ariarathen Cappadociae regulum expeditionem ſuſcepit. Hic licet Macedonum imperium non agnoſceret, ab Alexandro tamen, certaminibus cum Dario variiſque negotiis diſtracto, praeteritus fuerat, & dominatum Cappadociae ad longum tempus quiete retinebat. Interea ex reditibus multum pecuniae, magnaſque tum popularium, tum exterorum, copias ſibi comparaverat. Dumque regnum ſibi iure ſuo vindicat, cum Perdicca decertare paratus erat, ſub vexillis habens XXX peditum, XV millia equitum. Commiſſo igitur cum eo proelio, Perdiccas acie victor IV millia interfecit, & ſupra VI millia vivos in poteſtatem accepit, inter quos ipſe etiam Ariarathes fuit. Hunc omneſque propinquos excarnificatos in crucem egit. Victis autem incolumitate conceſſa, poſtquam res in Cap-

Tum Antipater per Craterum, e Cilicia venientem, novis copiis auctus.

παδοκίαν, παρέδωκε τὴν σατραπείαν Εὐμένει τῷ Καρδιανῷ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν [1] μεμερισμένος. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς καὶ Κρατερὸς ἐκ Κιλικίας ἀναζεύξας, ἧκεν εἰς Μακεδονίαν, βοηθήσων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ [2] διορθωσόμενος τὰς γεγενημένας ἥττας τῶν Μακεδόνων. ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν τῶν εἰς Ἀσίαν Ἀλεξάνδρῳ συνδιαβεβηκότων ἑξακισχιλίους, [3] τῶν δὲ ἐν παρόδῳ προσειλημμένων τετρακισχιλίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας χιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους. παρελθὼν δ' εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τοῦ πρωτείου παραχωρήσας ἑκουσίως Ἀντιπάτρῳ, κοινῇ μετ' αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν [4] Πηνειὸν ποταμόν. οἱ δὲ πάντες ἠθροίσθησαν σὺν τοῖς μετὰ Λεοννάτου παραγεγενημένοις, πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετρακισμυρίων ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις, τοξόται δὲ καὶ σφενδονῆται τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι.

1 Μερισάμενος Reg. 1.
2 Διορθωσάμενος Leid.
3 Abſunt haec ſeptem Baſil.
4 Πήνειων Baſil.

padocia conſtituiſſet, ſatrapiam Eumeni Cardiano, prout in partitione deſtinatum erat, gubernandam tradit. Per hoc ipſum tempus, etiam Craterus e Cilicia profectus, ad ferendas Antipatro ſuppetias & clades Macedonum corrigendas, in Macedoniam venit. Adducebat autem VI millia peditum, qui cum Alexandro in Aſiam traiecerant, & IV millia eorum, quos in itinere aſſumſerat: Perſas praeterea ſagittarios & funditores mille, & equites mille ac quingentos. Ubi igitur in Theſſaliam venit, primas ultro concedens Antipatro, iunctis cum eo caſtris ad Peneum fluvium conſedit. Congregati autem in univerſum fuerant una cum his, qui cum Leonnato advenerant, peditum gravis armaturae ſupra XL millia, ſagittariorum & funditorum tria millia, & equitum millia V.

ιζʹ. Οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀντεστρατοπέδευσαν, πολὺ τοῖς πλήθεσι λειπόμενοι. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν διὰ τὰς προγεγενημένας εὐημερίας καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων, εἰς τὰς πατρίδας ἦσαν ἀπεληλυθότες πρὸς τὴν τῶν ἰδίων [1] ἐπίσκεψιν. δι' ἃς αἰτίας πολλοὶ, τῶν στρατιωτῶν ἀτακτούντων, ὑπολοίπους εἶχον ἐν τῇ παρεμβολῇ, πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἐν οἷς μάλιστα εἶχον τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας, διά τε τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀρετὰς, καὶ διὰ τὸ πεδινὴν ὑποκεῖσθαι χώραν. τέλος δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καθ' ἡμέραν προαγόντων τὰς δυνάμεις, καὶ [2] προκαλουμένων εἰς μάχην, τὸ μὲν πρῶτον ἀνέμενον τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παραγενησομένους· τῶν δὲ καιρῶν κατεπειγόντων, ἠναγκάζοντο συγκαταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον. ἐκτάξαντες δὲ τὴν δύναμιν [3] καὶ σπεύδοντες διὰ τῶν ἱππέων κρῖναι τὸν πόλεμον, τούτους πρὸ τῆς τῶν πεζῶν

Graeci, interea nimis ſecuri facti, in Theſſalia proelio victi pacem petunt.

1 Σκέψιν Baſ. 2 Προσκαλουμένων Baſ. 3 Non habet copulam Baſ.

XVII. Graeci per id tempus ex adverſo caſtra habebant, numero longe inferiores hoſtibus. Multi enim ipſorum, contemto, propter rem feliciter geſtam, hoſte, in patriam ad reviſendum res ſuas abierant. Quam ob cauſam multos in caſtris habebant relictos, qui ordines non ſervabant. Summa erat XXV M. peditum, & III M. equitum cum IↃ; in quibus propter ſtrenuitatem virorum, & quia campeſtris illis regio ſubiecta erat, ſpem victoriae repoſitam habebant. Tandem cum eductis quotidie copiis Antipater ad pugnam illos provocaret, quamquam redituros ex urbibus aliquamdiu exſpectarant, tamen, quod praeſens ita tempus flagitaret, in certamen de ſumma rerum deſcendere coguntur. Inſtructaque acie dum equitum opera bellum decernere properant, illos ante pedi-

φάλαγγος ἔστησαν. γενομένης δὲ ἱππομαχίας, καὶ τῶν Θετταλῶν ἱππέων πλεονεκτούντων διὰ τὰς ἀρετὰς, οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον ἐπήγαγον τὴν ἰδίαν φάλαγγα, καὶ τοῖς [1] πεζοῖς τῶν πολεμίων ἐπιῤῥάξαντες, πολὺν ἐποιοῦντο φόνον. οἱ δ' Ἕλληνες τὸ βάρος καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων οὐ δυνάμενοι φέρειν, εὐθὺς ἀπεχώρησαν πρὸς τὰς δυσχωρίας, τηροῦντες τὰς τάξεις ἐπιμελῶς. διὸ καὶ δραξάμενοι τόπων ὑπερδεξίων, ῥᾳδίως [2] ἠμύναντο τοὺς Μακεδόνας, ὑπερδέξιον ἔχοντες τὴν στάσιν. οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἱππεῖς ἐπὶ τοῦ προτερήματος ὄντες, ὡς ἔγνωσαν τὴν τῶν πεζῶν ἀποχώρησιν, εὐθὺς πρὸς ἐκείνους ἀφίππευσαν· τότε μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ἀγωνισάμενοι διελύθησαν, ῥεπούσης τῆς νίκης πρὸς τοὺς Μακεδόνας. ἀπέθανον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων πλείους τῶν πεντακοσίων, τῶν δὲ Μακεδόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Μένων μὲν καὶ Ἀντίφιλος οἱ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες συνεδρεύσαντες [3] ἐβουλεύσαντο, πό-

1 Πεζοῖς μὲν Leid. 2 Ἠμύνοντο Reg. 1. 3 Ἐβουλεύοντο idem.

tum agmen ſtatuunt. Equeſtris itaque pugna conferitur. In qua cum Theſſali equites virtute ſua praepollerent, Antipater phalangem ſuam inducit, & impreſſione in pedites facta, magnam edit ſtragem. Ideo Graeci, quod molem turbamque hoſtium ingentem ferre non poſſent, continuo ad difficultates locorum, ſervatis tamen accurate ordinibus, ſe recipiunt. Et eminentiora amplexi, cum altiorem haberent ſtationem, Macedones facile propulſant. Interea Graecorum equites, licet acie ſuperiores eſſent, ubi tamen regreſſum ſuorum vident, ſtatim ad illos avehuntur. Et tunc quidem inhibito certamine ita dirimuntur, ut victoria ad Macedones inclinaret. De Graecis plures quingentis, e Macedonibus CXXX in conflictu occubuere. Poſtridie Menon & Antiphilus, Graecorum imperatores, advocato concilio inter ſe conſulta-

τερον ἀναμείναντες τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων συμμάχους, καὶ καταστάντες ἀξιόμαχοι, περὶ τῶν ὅλων [1] διακρίνωνται, ἢ τῷ παρόντι καιρῷ συνείξαντες, πρεσβεύωνται περὶ διαλύσεως. ἔδοξεν οὖν ἀποστέλλειν κήρυκας περὶ τῆς τοῦ πολέμου καταλύσεως. πραξάντων δ' αὐτῶν τὸ δόξαν, ἀπεκρίθησαν οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον κατὰ πόλεις πρεσβεύειν. οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ κοινὴν σύλλυσιν ποιήσασθαι. τῶν δὲ Ἑλλήνων οὐ προσδεχομένων τὰς κατὰ πόλιν διαλύσεις, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν ἐπολιόρκουν τὰς ἐπὶ Θετταλίαν πόλεις, καὶ κατὰ κράτος ᾕρουν, μὴ δυναμένων τῶν Ἑλλήνων βοηθεῖν. διὸ καὶ τῶν πόλεων περιφόβων οὐσῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης πρεσβευούσης περὶ διαλύσεως, πάσαις συγχωρῶν τὴν εἰρήνην, ἐπιεικῶς προσεφέρετο. διόπερ ἐμπεσούσης ὁρμῆς εἰς τὰς πόλεις ἰδίᾳ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ταχὺ πᾶσαι τῆς εἰρήνης ἔτυχον. οἱ δ' ἀλλοτριώτατα δια-

Singulae civitates ſingularem pacem conſequuntur,

exceptis Aetolis & Athenienſibus.

1 Διακρίνονται & ſtatim πρεσβεύονται Reg. 1.

runt, utrum exſpectatis civitatum auxiliis, ſi ſat virorum contraxiſſent, de ſumma rerum decernerent, an praeſenti anguſtiae cedentes, de componendo bello legatos mitterent. Tandem praecones de pace mittendos cenſebant. Quibus decretum exſequentibus, Antipater reſpondit, ut per ſuos unaquaeque civitas legatos ageret. Communem enim pacem nullo ſe modo facturum. At cum Graeci tranſactionem cum ſingulis civitatibus non admitterent; Antipater & Craterus Theſſaliae urbes obſident, perque vim capiunt, quod opitulandi vires Graecis deeſſent. Conſternatae igitur civitates, ſuos quaeque legatos de tranſactione mittunt. Quibus omnibus aequum & benignum ſeſe praebens pacem concedit. Quare cum ſalutis privatim acquirendae cupido ſingulas inceſſiſſet, omnes pacem conſequuntur. Inimiciſſimi autem

κείμενοι πρὸς τοὺς Μακεδόνας Αἰτωλοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, συμμάχων ὄντες ἔρημοι, μετὰ τῶν ἰδίων [1] στρατηγῶν ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου.

Tandem Athenienſes quoque, vi coacti, Demadem de pace impetranda mittunt.

ιη΄. Ἀντίπατρος δὲ διὰ ταύτης τῆς στρατηγίας διαλύσας τὸ σύστημα τῶν Ἑλλήνων, [2] ἤγαγε τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ δῆμος ἐρημωθεὶς τῆς τῶν συμμάχων βοηθείας, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει· πάντων δὲ καταφερομένων ἐπὶ τὸν Δημάδην, καὶ βοώντων τοῦτον ἐκπέμπειν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, οὗτος μὲν καλούμενος σύμβουλος οὐχ ὑπήκουσεν. ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς [3] παρανόμων, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἄτιμος, καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν νόμων συμβουλεύειν· ἀπολαβὼν δὲ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπὸ τοῦ δήμου, παραχρῆμα ἐξεπέμφθη πρεσβευτὴς μετὰ Φωκίωνος καί τινων ἑτέρων. τοῦ δ᾽ Ἀντιπάτρου διακούσαντος τῶν λόγων, καὶ δόντος ἀπόκρισιν ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλε-

1 Στρατιωτῶν ἐπάνοδον Reg. 1. Leid. prius etiam in Vat. & Steph. margine.

2 Ἦγε Reg. 1.

3 Παρὰ νόμων Baſil. παρανομιῶν Leid. Reg. 1.

nomini Macedonico Aetoli & Athenienſes, a ſociis derelicti, cum ducibus ſuis de bello conſultant.

XVIII. Sed Antipater, ſociis Graecorum copiis hac arte diſſolutis, totum exercitus robur in Athenienſes convertit. Tum populus, auxiliis ſociorum deſtitutus, in magna conſilii inopia & trepidatione erat: omneſque in Demadem propenſi, huic de pace legationem ad Antipatrum committendam, vociferantur. Is ad conſilium vocatus non paret. Ter enim violatarum legum damnatus, notatuſque ob id infamia, legum interdicto conſiliis intereſſe prohibebatur. Sed famae integritati a populo reſtitutus, extemplo, Phocione aliiſque ſibi adiunctis, legationem init. Antipater, oratione eius audita, non aliis ſe conditionibus bellum cum Athenienſibus ſoluturum, re-

μον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ· (καὶ γὰρ ἐκείνους συγκλείσαντας εἰς [1] Λαμίαν τὸν Ἀντίπατρον, τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι, πρεσβεύσαντος αὐτοῦ περὶ τῆς εἰρήνης) ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. ὁ δὲ, φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς, συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν καὶ τὰς κτήσεις καὶ τἄλλα πάντα· τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατείας, καὶ προσέταξεν [2] ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα, καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω [3] δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος καὶ τῆς χειροτονίας· τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως, ἅπαντας ὡς ταραχώδεις ὄντας καὶ πολεμικοὺς ἀπήλασε τῆς πολιτείας, καὶ τοῖς βουλομένοις χώραν ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν ἐν τῇ Θρᾴκῃ. οὗτοι μὲν οὖν ὄντες πλείους τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων μετε-

Antipater in fidem recepit Atheniensium civitatem,

eamque in meliorem formam transmutavit,

1 Λάμαν Leid. 2 Ἀπὸ τῆς τιμ. Leid. Reg. 1. 3 Τῷ δισχ. δραχμ. iid.

ſpondit, quam ut ſua omnia poteſtati ipſius permitterent. Nam idem etiam Antipatro Lamiae incluſo, cum legatos de pace mitteret, reſponſum dediſſe Athenienſes. Populus ergo, quod ad repugnandum haud virium ſatis haberet, totam civitatis adminiſtrandae poteſtatem & curam Antipatro tradere coactus eſt. Qui, humaniſſimum ſe illis exhibens, urbem & opes ceteraque omnia retinenda conceſſit. Rempublicam dumtaxat, populo abrogatam, in alium redegit ſtatum, & pro cenſus ratione tractari iuſſit, ut, qui plus duobus millibus drachmarum poſſiderent, penes hos magiſtratus & ſuffragiorum ius & poteſtas eſſet: qui vero cenſum hunc non attingerent, omnes, ut turbulentos & bellorum cupidos, a publicorum negotiorum tractatione removit, agrumque in Thracia, ſi qui vellent, ad novas ſedes conceſſit. Plures ergo XXII millibus id genus cives e patria ſunt tranſlati.

στάθησαν ἐκ τῆς πατρίδος· οἱ δὲ τὴν ὡρισμένην τίμησιν ἔχοντες περὶ ἐννακισχιλίους, ἀπεδείχθησαν κύριοι τῆς τε πόλεως καὶ [1] τῆς χώρας, καὶ κατὰ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐπολιτεύοντο. πάντες δὲ τὰς οὐσίας [2] εἰάθησαν ἔχειν ἀναφαιρέτους. Φρούραρχον δὲ Μένυλλον καὶ φρουρὰν ἠναγκάσθησαν δέξασθαι, τὴν οὐκ ἐπιτρέψουσαν οὐδενὶ νεωτερίζειν. περὶ δὲ τῆς Σάμου τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς ἐποιήσαντο. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν παρ' ἐλπίδα φιλανθρωπευθέντες, ἔτυχον τῆς εἰρήνης, καὶ τὸ λοιπὸν ἀταράχως πολιτευόμενοι, καὶ τὴν χώραν ἀδεῶς καρπούμενοι, ταχὺ ταῖς οὐσίαις προσανέδραμον. ὁ δ' Ἀντίπατρος ἐπανελθὼν εἰς τὴν Μακεδονίαν, τὸν μὲν Κρατερὸν ταῖς ἁρμοζούσαις τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἐκόσμησε, καὶ τῶν θυγατέρων μίαν συνοικίσας αὐτῷ τὴν πρεσβυτάτην Φίλαν, τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπάνοδον συγκατεσκεύασεν. ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις Ἑλληνίσι πόλε-

relicto praefecto cum praeſidio.

Ita finito *bello Lamiaco* Antipater & Craterus redeunt.

1 Deeſt articulus Reg. 2. Baſil. 2 Εἰώθησαν Leid.

Ceteris, qui cenſum definitum habebant, IX millibus circiter, ius urbis & regionis obtinendae traditum eſt. Et hi Solonis deinceps legibus rempublicam adminiſtrarunt. Cunctiſque poſſeſſiones ſuae integrae & intactae permanſerunt. Sed tamen praefectum cum praeſidio Menyllum, qui rerum novarum molitionibus obſiſteret, recipere ſunt coacti. Sami vero negotium ad reges cenſebat referendum. Sic Athenienſes, praeter ſpem clementer tractati, pacem recuperarunt: dumque citra turbas rempublicam deinceps adminiſtrant, agroque ſecure fruuntur, brevi opes maiorem in modum ampliarunt. Antipater vero, in Macedoniam regreſſus, Craterum, quibus par eſſet, honoribus ac donis ornavit: & Phila, filiarum natu maxima, in matrimonium collocata, reditum in Aſiam illi communi opera adornavit. Ad eum modum ceteris

σιν ἐπιεικῶς προσενεχθεὶς, καὶ τὰ πολιτεύματα συναγαγὼν καλῶς, καὶ καταστήσας, ἐπαίνων καὶ στεφάνων ἔτυχεν. ὁ δὲ Περδίκκας ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις τήν τε πόλιν καὶ χώραν, κατήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα πεφευγότας ἔτη τρισὶ [1] πλείω τῶν τεσσαράκοντα.

Samii in libertatem mox vindicati.

ιθ'. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰς κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον ἐπιτελεσθείσας πράξεις διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς τὸν ἐν τῇ Κυρήνῃ γενόμενον [2] πόλεμον. ἵνα δὲ μὴ μακρὰν τοῖς χρόνοις ἀποπλανῶμεν τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας, [3] ἀναγκαῖόν ἐστι βραχὺ τοῖς χρόνοις προσαναδραμεῖν, ὅπως σαφεστέρας ποιήσωμεν τὰς κατὰ μέρος πράξεις. Ἁρπάλου γὰρ τὸν ἐκ τῆς Ἀσίας δρασμὸν ποιησαμένου, καὶ καταπλεύσαντος εἰς Κρήτην μετὰ [4] τῶν μισθοφόρων, καθάπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν, [5] Θίμβρων εἷς τῶν φίλων νομιζόμενος, δολο-

Senſim contrahitur bellum Cyrenaicum, cuius cauſas altius repetit hiſtoricus.

Remotior cauſa erat Thimbro,

1 Πλείω καὶ τεσσαράκοντα Baſil.
2 Πόλεμον. ἵνα δὲ μὴ Reg. 1.
3 Ἀναγκαῖόν ἐστι Reg. 1. cum Leid. multo uterque cultius. Vulgo πόλεμον, ἵνα μὴ -- ἀναγκαῖον δ' ἐστί.
4 Non eſt in Leid.
5 Θίβρων ſemper Baſ. Ven. Vat.

etiam Graeciae civitatibus comiter acceptis, dum reſpublicas in meliorem formam redigit, & conſtituit, laudes & coronas ubique promeretur. Perdiccas vero Samiis urbem agroſque reſtituit, & tres ultra quadraginta annos extorres in patriam reducit.

XIX. Nos, poſtquam res in bello Lamiaco geſtas percenſuimus, ad bellum in Cyrene motum tranſitum faciemus, ne longe a perpetuo hiſtoriae contextu temporibus evagemur. Verum ut dilucidius res ſingulas explanemus, ſuperiora paullo altius repetenda ſunt. Poſtquam Harpalus ex Aſia transfugiſſet, & cum mercenariis in Cretam tandem eſſet delatus, ut ſuperiori a nobis libro explicatum eſt; Thimbro, unus ex amicorum illius nu-

qui, Harpalo interfecto eius copiis potitus, in Cyrenaeorum agrum traiecit,

φονήσας τὸν Ἅρπαλον, κύριος ἐγένετο τῶν τε χρημάτων καὶ τῶν στρατιωτῶν, ὄντων ἑπτακισχιλίων. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν νεῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας εἰς ταύτας θέμενος, κατέπλευσεν εἰς τὴν χώραν τῶν Κυρηναίων. ἀνειληφὼς δὲ μετ' αὐτοῦ τοὺς ἐκ τῆς Κυρήνης φυγάδας, καὶ τούτους ἔχων καθηγουμένους τῆς [1] ἐπιβολῆς διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν, ἀπαντησάντων τῶν Κυρηναίων, καὶ μάχης γενομένης, ὁ Θίμβρων νικήσας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησε. κυριεύσας δὲ τοῦ λιμένος, [2] ἐκπολιορκήσας καὶ καταπληξάμενος τοὺς Κυρηναίους, ἠνάγκασεν [3] ὁμολογίαν ποιήσασθαι, ὥστε αὐτοὺς δοῦναι ἀργυρίου τάλαντα [4] πεντακόσια, τῶν δὲ ἁρμάτων [5] τὰ ἡμίση πρὸς τὰς στρατείας συνεκπέμπειν. διεπρεσβεύσατο δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις, ἀξιῶν συμμαχεῖν, ὡς μέλλοντος αὐτοῦ τὴν πλησιόχωρον Λιβύην καταστρέφεσθαι. διήρ-

& hos ſibi obnoxios reddidit.

1 Ἐπιβουλῆς Leid. Reg. 1. Baſ. Mox τὴν deeſt Baſil.

2 Καὶ πολιορκήσας Reg. 2.

3 Ὁμολογίας Vatic. Baſil.

4 Πεντακόσια Reg. 1. cum Baſil. Leid. & Venet. Ceteri πεντακισχίλια.

5 Ἥμισυ Baſil. τὰ ἡμίσει Leid.

mero, ut putabatur, interfecto per dolum Harpalo, tum opibus, tum militibus (ſeptem millia horum erant) potitus eſt. Sic & claſſem pariter obtinuit, & collocatis in eam militibus, in Cyrenaeorum ditionem tranſmiſit: ubi adſcitos ſibi Cyrenaeos exſules, inſtituti ſui duces, propter locorum peritiam, habuit. Illi cum Cyrenaei occurriſſent, inito conflictu Thimbro victor evadit, multoſque occidit, nec paucos capit. Inde redacto in poteſtatem ſuam portu, expugnatos & perterritos Cyrenaeos ad pacificationem adegit hac lege, ut quingenta talenta argenti perſolverent, dimidiamque curruum partem, ad expeditiones inſtructam, praeberent. Per legatos etiam ab aliis urbibus, ut ſocietatem inirent ſecum, contendit, finitimam ſubiugare Africam prae ſe ferens. Quin & relictas

πασε δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων τὰ [1] καταλειφθέντα χρήματα ἐν τῷ λιμένι, καὶ τοῖς στρατιώταις εἰς διαρπαγὴν ἔδωκεν, ἐκκαλούμενος αὐτῶν τὰς προθυμίας εἰς τὸν πόλεμον.

Mnaſicles, ex eius ducibus unus, cum defeciſſet ad Cyrenaeos,

κ΄. Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων τῷ Θίμβρωνι προχωρούντων, ἡ τύχη ταχὺ μεταβαλοῦσα ἐταπείνωσεν αὐτὸν, διὰ τοιαύτας αἰτίας· τῶν ἡγεμόνων τῶν παρ᾽ αὐτῷ τις, Κρὴς μὲν τὸ γένος, ὄνομα δὲ Μνασικλῆς, ἐμπειρίαν δ᾽ ἔχων τῶν πολεμικῶν πράξεων, διηνέχθη πρὸς αὐτὸν, ἐγκαλέσας μὲν περὶ [2] τοῦ μερισμοῦ τῶν λαφύρων, καὶ φύσει ταραχώδης ὢν καὶ θρασὺς ηὐτομόλησε πρὸς τοὺς Κυρηναίους· κατηγορήσας δὲ πολλὰ τοῦ Θίμβρωνος εἰς ὠμότητα καὶ ἀπιστίαν, ἔπεισε λῦσαι τὰς ὁμολογίας, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι· διὸ καὶ ταλάντων ἑξήκοντα μόνων ἀποδεδομένων, [3] τῶν δὲ λοιπῶν χρημάτων οὐ διδομένων, ὁ μὲν Θίμβρων ἐγκαλέσας τοῖς ἀφεστηκόσι, συνέλαβε τῶν Κυρηναίων τοὺς

1 Καταληφθέντα Reg. 1.
2 Non leguntur haec duo in Baſ.
3 Τῶν δὲ λοιπῶν χρημ. οὐ διδομένων abſunt Baſil.

in portu mercatorum opes invaſit, & diripiendas militibus, ut ad promtitudinem in bello invitarentur, conceſſit.

XX. Dum ita feliciter res Thimbroni ſuccedunt, fortuna celeriter mutata mirifice illum depreſſit, his equidem de cauſis. Ductorum ipſius quidam natione Cretenſis, cui Mnaſicli nomen, peritus rerum bellicarum, diſſidere ab illo coepit, diviſionem praedae cauſatus. Et quia homo ingenii turbulenti, & confidens erat, ad Cyrenaeos transfugit: multiſque crudelitatem Thimbronis & perfidiam criminatus, ad ſolvendum pacta, & libertatem aſſerendum, illos ſuadendo perpulit. Propterea cum LX tantummodo talentis exhibitis, reliqua pecuniae ſumma non exſolveretur, Thimbro cum rebellibus expoſtulans, quotquot tum in portu aderant Cyrenaeos,

παρόντας ἐν τῷ λιμένι, ὄντας περὶ [1] ὀγδοήκοντα. εὐθὺ δὲ τὴν δύναμιν ἐπαγαγὼν [2] ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπολιόρκει τὴν Κυρήνην· οὐδὲν δὲ δυνάμενος πρᾶξαι, πάλιν πρὸς τὸν λιμένα ἐπανῆλθε· τῶν δὲ [3] Βαρκαίων καὶ τῶν Ἑσπεριτῶν συμμαχούντων τῷ Θίμβρωνι, Κυρηναῖοι μέρος μὲν τῆς δυνάμεως ἀπέλιπον ἐν τῇ Κυρήνῃ, τῷ μέρει δὲ στρατεύσαντες ἐπόρθουν τὴν τῶν ἀστυγειτόνων χώραν. τούτων δ' ἐπικαλεσαμένων βοηθεῖν τὸν Θίμβρωνα, ἅπαντας τοὺς στρατιώτας ἐξήγαγεν ἐπὶ τὴν συμμαχίαν. καθ' ὃν δὴ χρόνον ὁ Κρὴς συλλογισάμενος τὴν ἐρημίαν τοῦ λιμένος, ἔπεισε τοὺς ἐν Κυρήνῃ καταλειφθέντας ἐπιθέσθαι τῷ λιμένι. ὑπακουσάντων δ' εὐθὺς, αὐτὸς καθηγούμενος ἐπέθετο τῷ λιμένι, καὶ διὰ τὴν ἀπουσίαν τοῦ Θίμβρωνος ῥᾳδίως ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ περιλειπόμενα τῶν φορτίων [4] ἀποκατέστησε τοῖς ἐμπόροις, καὶ τὸν λιμένα φιλοτίμως ἐτήρει. ὁ δὲ Θίμβρων τὸ μὲν πρῶ-

Thimbro multiplici clade affectus eſt.

1 Ita Reg. uterque, Baſil. Ven. Leid. In cdd. ὀκτακοσίους.

2 Omittunt tria iſta Reg. 1. & Leid. nec ſunt neceſſaria.

3 Βαρβαρικῶν Vat. & Baſ. Βαρκαϊκῶν ora Steph. Ven. Poſt pauca omnes ἐξήγαγον ἐπὶ &c. prave.

4 Ἀπεκατέστησε Reg. 1.

numero octoginta, comprehendit, & continuo admotis urbi copiis Cyrenen oppugnat. Sed cum nihil efficere valeret, in portum retrocedit. Militabant autem cum eo Barcaei & Heſperitae. Ibi Cyrenaei, parte copiarum in urbe relicta, cum ceteris finitimorum agros populatum eunt. His ergo Thimbronis opem implorantibus, quidquid tum praeſto erat militum, ad ſuppetias educit. Quo tempore magnam in portu ſolitudinem eſſe coniectans Cretenſis, relictis intra Cyrenen invadendi portus auctor eſt. Quibus e veſtigio morem gerentibus, ille princeps impetum facit in portum, eoque propter Thimbronis abſentiam facile potitus, quidquid mercium adhuc reliquum erat, negotiatoribus poſtliminio reddit, ac portum omni ſtudio tutatur. Male hoc primum habebat Thim-

τὸν ἀθύμως εἶχεν, ἀπολωλεκὼς τόπον ἐπίκαιρον καὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν ἀποσκευάς· [1] μετὰ δὲ ταῦτα θαρσήσας, καὶ τὴν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην [2] Τεύχειρα ἐκπολιορκήσας, ἀνέδραμε ταῖς ἐλπίσι· μετ᾽ ὀλίγον δὲ πάλιν αὐτὸν συνέβη περιπεσεῖν μεγάλοις ἐλαττώμασι. οἱ γὰρ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες, τοῦ λιμένος ἐστερημένοι, τροφῆς δὲ ἀποροῦντες, εἰώθεισαν καθ᾽ ἡμέραν ἐπὶ τὴν χώραν ἐξιέναι, καὶ τὰς τροφὰς ἐκ ταύτης πορίζεσθαι· οἱ δὲ Λίβυες ἐνεδρεύσαντες αὐτοὺς πλανωμένους κατὰ τὴν χώραν, πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν, οὐκ ὀλίγους δ᾽ ἐζώγρησαν· οἱ δὲ περιλειφθέντες ἐκ τοῦ κινδύνου, [3] καὶ φυγόντες εἰς τὰς ναῦς, ἀπέπλεον εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις. ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου πνεύματος, αἱ πλεῖσται μὲν ὑπὸ [4] τῆς θαλάσσης κατεποντίσθησαν, τῶν δ᾽ ἄλλων αἱ μὲν εἰς Κύπρον, αἱ δ᾽ εἰς Αἴγυπτον ἀπερρίφησαν.

κα΄. Ὁ δὲ Θίμβρων τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιπεσὼν,

1 Μετὰ ταῦτα δὲ Leid.

2 Τεύχειρα Leid. Τεύχιρα Reg. 1. Τάχιρα καὶ Τεύχειρα ora Steph. & Reg. 2. Vulgo Τάριχα.

3 Καὶ φυγόντες Leid. quod praefero. Edd. καταφυγόντες.

4 Τοῦ πνεύματος Leid. Reg. 1. Tum κατεποντήθησαν Reg. 2. Baſ.

bronem, quod opportuno excidiſſet loco, & impedimentorum iacturam ſimul feciſſet; ſed reſumtis poſt animis, cum oppidum Teuchira expugnaſſet, ſpes iterum arrexit. Verum non longo poſt intervallo accidit, ut in magnas iterum clades incideret. Nam claſſiarii milites, cum excluſi portu cibariis indigerent, excurſibus in agros quotidie factis, alimenta ſibi conquirere ſolebant. Sed Afri, ex inſidiis per regionem diſpalantes adorti, magnum ex iis numerum caedunt, nec minorem capiunt. Superſtites igitur, fuga ad naves elapſi, ad ſocias inde urbes navigarunt. Sed cum vehemens tum ventus inſurrexiſſet, navium plurimas mare abſorpſit: de ceteris pars in Cyprum, pars in Aegyptum a fluctibus eiectantur.

XXI. Etſi vero tanta calamitate Thimbro affectus erat,

Bello varia fortuna continuato diutius,

ὅμως ἀντείχετο τοῦ πολέμου· προχειρισάμενος [1] δὲ τῶν φίλων τοὺς εὐθέτους, ἔπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, [2] ἀναληψομένους τῶν ξένων τοὺς ἐνδιατρίβοντας ἐπὶ Ταίναρον. ἔτι γὰρ ἀμισθώτων γενομένων πολλοὶ διεπλανῶντο, ζητοῦντες τοὺς μισθοδοτήσοντας, καὶ τότε περὶ Ταίναρον ὑπῆρχον πλείους τῶν δισχιλίων καὶ πεντακοσίων· τούτους δὲ οἱ πεμφθέντες ἀνέλαβον, τὸν δὲ εἰς Κυρήνην πλοῦν ἐποιοῦντο. τῇ δὲ τούτων [3] παρουσίᾳ οἱ μὲν Κυρηναῖοι θαῤῥήσαντες τοῖς γεγονόσι προτερήμασι, μάχην συνῆψαν, καὶ νικήσαντες τὸν Θίμβρωνα, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέκτειναν. διὰ δὲ τὰς ἐλαττώσεις ὁ Θίμβρων ἀπογινώσκων ἤδη τὰ κατὰ τὴν Κυρήνην, παραδόξως πάλιν ἐθάῤῥησε. τῶν γὰρ ἀπὸ Ταινάρου στρατιωτῶν [4] καταπλευσάντων, καὶ μεγάλης αὐτῷ χειρὸς προσγενομένης, εὔελπις ἐγένετο τῇ ψυχῇ. οἱ δὲ Κυρηναῖοι πάλιν θεωροῦντες τὸν πόλεμον αὐξόμενον,

1 Ignorat Leid.
2 Ἀναληψόμενος Reg. 1. Leid.
3 Ἀπουσίᾳ Reg. 2.
4 Ἀποπλευσάντων Baſil.

tamen bello non abſiſtebat. Nam delectos ex amicis idoneos in Peloponneſum miſit, qui commorantes ad Taenarum peregrinos adſciſcerent. Nam multi adhuc ſine ſtipendiis oberrantes, qui ſtipendium numeraret, quaerebant. Et horum tunc numerus duo millia & quingentos excedebat. Hos ergo, qui miſſi fuerant, aſſumunt, cumque illis Cyrenen verſus navigationem intendunt. Ante quorum adventum, ſucceſſibus tam praeclaris animoſiores facti, pugna cum Thimbrone commiſſa, plurimos de militibus ipſius peremerunt. Quas ob clades cum de Cyrenaici negotii ſucceſſu iam actum eſſe arbitraretur Thimbro, inexſpectato animum reſumſit. Militibus enim a Taenaro advectis, valida iam manu confirmatus, bonam ſpem animo concepit. Quare dum bellum denuo gliſcere vi-

μετεπέμψαντο τὴν συμμαχίαν παρὰ τῶν πλησιοχώρων Λιβύων, καὶ παρὰ τῶν Καρχηδονίων. ἀθροίσαντες δὲ τοὺς ἅπαντας μετὰ τῶν πολιτικῶν στρατιώτας τρισμυρίους, ἡτοιμάζοντο παρατάξει περὶ τῶν ὅλων διακριθῆναι. γενομένης δὲ παρατάξεως μεγάλης, ὁ μὲν Θίμβρων νικήσας τῇ μάχῃ, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν, περιχαρὴς ἦν, ὡς αὐτίκα μάλα κυριεύσων τῶν πλησίον πόλεων. οἱ δὲ Κυρηναῖοι, τῶν στρατηγῶν ἁπάντων ἀνῃρημένων ἐν τῇ μάχῃ, τὸν Κρῆτα Μνασικλῆν μεθ' ἑτέρων εἵλοντο στρατηγόν. Θίμβρων δ' ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ, τὸν λιμένα τῶν Κυρηναίων ἐπολιόρκησε, καὶ τῇ Κυρήνῃ καθ' ἡμέραν προσβολὰς ἐποιεῖτο. χρονίζοντος δὲ τοῦ πολέμου, Κυρηναῖοι μὲν, σπανίζοντες [1] τῆς τροφῆς, ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους· ἐπικρατούντων δὲ τῶν δημοτικῶν, καὶ τοὺς κτηματικοὺς ἐκβαλλόντων, οἱ τῆς πατρίδος στερηθέντες ἔφυγον, οἱ μὲν πρὸς Θίμβρωνα, οἱ δ' εἰς Αἴγυπτον. οὗτοι δὲ πείσαντες τὸν Πτολεμαῖον κατάγειν

tandem Ptolemaeus advocatus Thimbronem bello vincit,

1 Deſideratur in Baſil.

dent Cyrenaei, a finitimis Afris & Carthaginienſibus ſuppetias arceſſunt, & triginta millibus in univerſum cum oppidanis ſimul coactis de ſumma rerum acie diſceptare properant, magnoque inito conflictu, Thimbro acie victor, multis interemtis, multum gaudebat, ut qui vicinas ſtatim urbes in poteſtatem accepturus eſſet. Tum Cyrenaei, caeſis in acie cunctis ducibus, Mnaſiclem ex Creta cum aliis quibuſdam exercitui praeficiunt. At Thimbro victoria elatus, portum Cyrenenſem obſidet, & quotidie Cyrenen oppugnat. Bello tandem in longum protracto, Cyrenaei, commeatus inopia laborantes, inter ſe diffidere coeperunt: & plebs, viribus ſuperior, opulentos urbe pellit. Qui patria amiſſa, partim ad Thimbronem, partim in Aegyptum perfugiunt. Hi ergo, Ptolemaeo ad re-

αὐτοὺς, ἧκον ἄγοντες δύναμιν ἀξιόλογον πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν, καὶ στρατηγὸν Ὀφέλλαν· ὧν τὴν παρουσίαν ἀκούσαντες οἱ παρὰ τῷ Θίμβρωνι φυγάδες, νυκτὸς ἐπιχειρήσαντες πρὸς [1] τούτους ἀπιέναι λάθρα, φωραθέντες ἅπαντες κατεκόπησαν. οἱ δὲ τῆς Κυρήνης στρατηγοῦντες δημοτικοὶ, φοβηθέντες τὴν τῶν φυγάδων κάθοδον, [2] διελύσαντο πρὸς τὸν Θίμβρωνα, καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς τὸν Ὀφέλλαν παρεσκευάζοντο· Ὀφέλλας δὲ καταπολεμήσας τὸν Θίμβρωνα, καὶ ζωγρήσας, ἔτι δὲ τῶν πόλεων ἐγκρατὴς γενόμενος, παρέδωκε τάς τε πόλεις καὶ τὴν χώραν Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ. οἱ μὲν οὖν Κυρηναῖοι καὶ αἱ περιοικοῦσαι πόλεις τοῦτον τὸν τρόπον ἀποβαλοῦσαι τὴν ἐλευθερίαν, ὑπὸ τὴν Πτολεμαϊκὴν βασιλείαν ἐτάχθησαν.

& Cyrenaeos, duce Ophella, in poteſtatem ſuam redigit.

Piſidiae II urbes, Larandaeorum & Iſaurenſium,

κβ′. Περδίκκας δὲ, καὶ ὁ βασιλεὺς Φίλιππος, καταπεπολεμηκότες Ἀριαράθην, καὶ τὴν σατραπείαν αὐτοῦ Εὐμένει παραδόντες, ἐχωρίσθησαν ἐκ τῆς Καππα-

1 Τοῦτον Reg. 1. margo Steph. Leid. In Baſil. poſt φυγάδες uſque ἅπαντες abſunt omnia.

2 Συνελύσαντο Leid. Reg. 1. non male.

ducendum ſe permoto, cum validis peditum & claſſiariorum militum copiis, duce Ophella revertuntur. Quorum audito reditu, qui cum Thimbrone erant, exſules noctu ſe illis adiungere feſtinabant. Sed, re detecta, omnes trucidantur. Tum plebis Cyrenaicae ductores, territi exſulum reditu, pace cum Thimbrone inita, coniunctis viribus cum Ophella belligerari inſtituunt. Sed Ophellas, Thimbrone debellato & capto, redactiſque in poteſtatem oppidis, urbes cum agris Ptolemaeo regi tradit. Ad hunc ergo modum Cyrenaei urbeſque vicinae, amiſſa libertate, Ptolemaico regno ſubiuncti fuere.

XXII. Perdiccas autem & rex Philippus, Ariarathe debellato, ſatrapiam Eumeni cum tradidiſſent, e Cappa-

περιαιρετέον ἐστὶ τὴν ἐπίθετον καὶ σύνηθη τοῖς συγγραφεῦσι τραγῳδίαν, μάλιστα μὲν διὰ τὸν τῶν παθόντων ἔλεον, ἔπειτα καὶ διὰ τὸ μηθένα τῶν ἀναγινωσκόντων ἐπιζητεῖν ἀκοῦσαι τὰ κατὰ μέρος, ἐν ἑτοίμῳ τῆς γνώσεως οὔσης. οἱ γὰρ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν σφάττειν τολμῶντες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας, οὐ προσδέονται τοῦ δηλώσοντος τί νύκτωρ ἔπραττον καθ' αὑτοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις, καὶ πῶς προσεφέροντο παρθένοις ὀρφαναῖς καὶ γυναιξὶν, ἐρήμοις μὲν οὔσαις τῶν [1] βοηθούντων, πεπτωκυίαις δ' ὑπ' ἐξουσίαν αὐτοκράτορα τῶν ἐχθίστων. ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, [2] δυεῖν ἡμερῶν διελθουσῶν, ἐπειδή ποτ' ἐπληρώθη τοῦ κατὰ τῶν πολιτῶν φόνου, τοὺς ζωγρηθέντας ἀθροίσας, Δεινοκράτην μὲν ἀφῆκε, διὰ τὴν προγεγενημένην φιλίαν, τῶν ἄλλων δὲ τοὺς μὲν ἀλλοτριώτατα διακειμένους ἀνεῖλε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐφυγάδευσε.

θ'. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν ἐκκλησίαν, κατη- denique vi

1 Βοηθησόντων Baſil. Vat. 2 Δυεῖν Reg. 2. Baſil. Leid. Δυοῖν alii.

bis eſt adiectitia familiariſque ſcriptoribus aliis Tragoedia, maxime propter tam horrenda perpeſſorum commiſerationem, & quia lectorum nemo ſingulorum deinceps expoſitionem requirit, cum in promtu illorum ſit cognitio. Qui enim clara diei luce per vicos & in foro prorſum innocentes mactare audent, ſcriptore non opus habent, qui quid intra domos ſoli noctu peregerint, ut & quo pacto ſe erga virgines orbas, & mulieres, omni praeſidio deſtitutas, inque plenariam inimiciſſimorum hominum poteſtatem prolapſas, geſſerint, declaret. Agathocles vero per biduum popularium caede exſatiatus, captivorum multitudine coacta, Dinocratem ob priſtinam amicitiam dimittit. Sed de ceteris maxime ſibi infenſos tollit: reliquos exſilio multat.

IX. Poſt concione advocata, ſexcentos, & paucorum

atque dolo civitatis principatum ſolus obtinet.

γόρησε μὲν τῶν ἑξακοσίων καὶ τῆς ὑπ' αὐτῶν προγεγενημένης ὀλιγαρχίας· καθαρὰν δὲ φήσας τὴν πόλιν πεποιηκέναι τῶν δυναστεύειν ἐπιχειρούντων, [1] ἀπεφαίνετο τῷ δήμῳ τὴν αὐτονομίαν εἰλικρινῆ παραδιδόναι, καὶ βούλεσθαί ποτε τῶν πόνων ἀπολυθεὶς ἰδιωτεύειν, ἴσος ὢν πᾶσι. καὶ ταῦτα λέγων, τὸ μὲν χλαμύδιον [2] ἑαυτοῦ περιέσπασε, τὸ δ' ἱμάτιον μεταλαβὼν ἀπῄει, τῶν πολλῶν ἑαυτὸν ἀποδείξας ἕνα. ταῦτα δ' ἔπραττε, τὸν δημοτικὸν ὑποκρινόμενος, καὶ σαφῶς εἰδὼς τοὺς πλείους τῶν ἐκκλησιαζόντων μετεσχηκότας τῶν ἀσεβημάτων, καὶ διὰ τοῦτο μηδέ ποτ' ἂν βουληθέντας ἄλλῳ τὴν στρατηγίαν ἐγχειρίσαι. [3] εὐθὺς γοῦν οἱ διαπεφορηκότες τὰ τῶν ἠτυχηκότων ἐβόων μὴ καταλιπεῖν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ προσδέξασθαι τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίαν εἶχεν, εἶτα τοῦ πλήθους βιαιότερον ἐγκειμένου, προσδέξασθαι μὲν ἔφησε τὴν στρατηγίαν,

1 Ἀπέφαινε τῷ δήμῳ Reg. 1.
2 Αὐτοῦ Baſil. & Reg. 2.
3 Εὐθὺ Baſil. cum Reg. 2.

dominatum, quem foverant, criminatur, ſeque urbem ab illis, qui principatum affectarent, perpurgaſſe confirmans, ſinceram populo libertatem ſe reddere, ac laboribus nunc exſolutum privatam agere vitam deinceps velle, aequalem omnibus, oſtendit. Atque haec dicens chlamydion (paludamentum) ſibi detrahit, & pallio iniecto diſcedit, unum ex plebe ſe eſſe oſtentans. Hoc ideo agebat, ut popularem ſe fore ſimularet: certus interim, plurimos in concione illa nefariorum ſcelerum participes eſſe, ideoque nunquam velle, ut imperatoris munus alteri cuipiam tradatur. Repente igitur, qui oppreſſorum bona diripuerant, ne ipſos deſtitueret, verum curam omnium in ſe reciperet, vociferari. Ille primum loco ſe continere: poſtea multitudine inſtante acrius, ſummi ducis munus ſe quidem ſuſcipere dixit, verum cum nullo

μὴ μέντοιγε μετ᾽ ἄλλων ἄρξειν. οὐ γὰρ ὑπομένειν, ὧν ἂν ἕτεροι παρανομήσωσι, τούτων αὐτὸν συνάρχοντα λόγον ἀποδιδόναι κατὰ τοὺς νόμους. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ πλήθους μοναρχεῖν, οὗτος μὲν ἐχειροτονήθη στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, καὶ τὸ λοιπὸν Φανερῶς ἐδυνάστευε, καὶ τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο. τῶν δ᾽ ἀκεραίων Συρακουσίων οἱ μὲν διὰ τὸν φόβον ἠναγκάζοντο καρτερεῖν, οἱ δὲ, ὑπὸ τοῦ πλήθους κατισχυόμενοι, τὴν ἔχθραν εἰς κενὸν οὐκ ἐτόλμων ἐνδείκνυσθαι· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀπόρων καὶ καταχρέων ἄσμενοι τὴν μεταβολὴν προσεδέξαντο. ἐπηγγέλλετο γὰρ Ἀγαθοκλῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ποιήσασθαι, καὶ τοῖς πένησι χώραν [1] δωρήσασθαι. ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, τοῦ μὲν ἔτι Φονεύειν ἢ κολάζειν τινὰς ἀπέστη· μεταβαλόμενος δ᾽ εἰς τοὐναντίον, εὐγνωμόνως τοῖς πλήθεσι προσεΦέρετο. καὶ πολλοὺς μὲν εὐεργετῶν, οὐκ ὀλίγους

1 Δωρήσεσθαι Baſ. quod congruum foret, ſi & ποιήσεσθαι legeretur.

ſe collega ſummae rei praefuturum. Non enim ferre poſſe, ut, quae ceteri contra leges egerint, de his ipſe, propter eiuſdem muneris adminiſtrationem, iuxta leges rationem reddat. Ubi plebs in unius imperium illius conſenſit, dux cum plenaria poteſtate per ſuffragia creatur: & in reliquum manifeſte dominans civitatis curam geſſit. De Syracuſanis autem adhuc integris, pars metu ad patientiam adigebantur, pars viribus plebis ſuperati, inimicitias in vanum prae ſe ferre non audebant. Interim multi pauperes & obaerati mutationem hanc lubenter ſunt amplexi. Nam Agathocles in concione, novis ſe tabulis aes alienum deciſurum, & agros donaturum egenis, promiſerat. Quibus perfunctus, necare aut plectere dehinc aliquos ſuperſedit. Quin in contrarium mutatus, clementem ſe plebi exhibuit: multoſque beneficiis, nec paucos

δ' ἐπαγγελίαις μετεωρίζων, πάντας δὲ λόγοις φιλανθρώποις δημαγωγῶν, οὐ μετρίας ἀποδοχῆς ἐτύγχανεν. ἔχων δὲ τηλικαύτην δυναστείαν, οὔτε διάδημα ἀνέλαβεν, οὔτε δορυφόρους εἶχεν, οὔτε δυσεντευξίαν ἐζήλωσεν, ἅπερ εἰώθασι ποιεῖν σχεδὸν ἅπαντες οἱ τύραννοι· ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν προσόδων, καὶ τῆς τῶν ὅπλων καὶ βελῶν παρασκευῆς· ἔτι δὲ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις μακραῖς ναυσὶν ἑτέρας ἐναυπηγήσατο· [1] προσεπελάβετο δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ μεσογείῳ χωρίων καὶ πόλεων τὰς πλείστας. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

Romani cum Samnitibus bellum gerebant,

ι΄. Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, Ῥωμαῖοι μὲν ἔννατον ἔτος ἤδη διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας· καὶ κατὰ μὲν τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους μεγάλαις δυνάμεσιν ἦσαν [2] διηγωνισμένοι· τότε δὲ εἰς τὰς πολεμίας εἰσβολὰς ποιούμενοι [3] χώρας, μέγα μὲν οὐδὲν οὐδὲ μνήμης ἄξιον διεπρά-

1 Προσελάβετο Baſil.

2 Διαγωνισάμενοι Reg. 1. διαγωνισμένοι Leid. & Baſ. Paullo ante Σαυνίτας Reg. 2.

3 Omittit Reg. 2. Venet. notavitque aſteriſco Steph. In Baſil. omnia uſque ad ποιούμενοι culpa librarii deſunt.

promiſſis erigens, omnes autem verborum blandimentis populariter illectans, favorem haud mediocrem ſibi conſcivit. Et licet tantum iam principatum obtineret, tamen neque diadema ſumſit, neque ſtipatoribus ſe muniit, neque difficilem ad ſe aditum praebere voluit, quae pleriſque omnibus in more tyrannis poſita ſunt. Reditibus etiam, armorumque & telorum confectioni operam dedit. Ad priores inſuper naves longas, compaginavit alias. Ex pagis denique & oppidis mediterraneis pleraque ditioni ſuae adiecit. Atque in hoc tum ſtatu res Sicilienſium erant.

X. Per Italiam interim Romani iam nonum cum Samnitibus annum belligerabantur. Et antehac quidem magnis inter ſe viribus decertarant, ſed tunc incurſatis hoſtium ſuorum agris, nihil egregium memoriaque ad-

ξαντο, διετέλουν δὲ τοῖς τε φρουρίοις προσβολὰς ποιούμενοι, καὶ τὴν χώραν λεηλατοῦντες. ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀπουλίας τὴν Δαυνίαν πᾶσαν. καὶ προσαγαγόμενοι [1] Κανυσίους, ὁμήρους παρ᾽ αὐτῶν ἔλαβον. προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς προϋπαρχούσαις, τήν τε Φαλερίναν καὶ τὴν [2] Ὠφεντίναν. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Κροτωνιᾶται πρὸς μὲν Βρεττίους διελύσαντο, πρὸς δὲ τοὺς ἐκπεπτωκότας τῶν πολιτῶν ὑπὸ τῆς δημοκρατίας, διὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδην καὶ Σωσίστρατον κοινωνίαν (περὶ ἧς ἐν τῇ [3] πρὸ ταύτης βίβλῳ τὰ κατὰ μέρος διήλθομεν) δεύτερον ἔτος ἤδη πολεμοῦντες, Πάρωνα καὶ Μενέδημον ἄνδρας ἐπιφανεῖς στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν. οἱ δὲ φυγάδες ἐκ Θουρίων ὁρμήσαντες καὶ προσλαβόντες μισθοφόρους τριακοσίους, ἐπεχείρησαν μὲν νυκτὸς παρεισπίπτειν εἰς τὴν πατρίδα· ἀποκρουσθέντες δ᾽ ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν, κατεστρατοπέ-

Crotoniatae cum Brutiis, & cives cum civibus.

1 Κανυσίους Reg. 1. Leid. & Sigon. in Livii L. IX, 20.

2 Ὠφεντίναν ſolus Reg. 1. alii omnes Ὠφελτ. ſicuti & Φαλέρναν.

3 Προτέρᾳ Baſil. & Vatic. Paullo poſt εἰς στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν Reg. 1. nulla cauſa.

modum dignum peragebant: caſtellorum tantum oppugnationi ac depopulationi terrae immorabantur continuo. In Apulia tamen Dauniam vaſtarunt univerſam, & ſubactis Canuſiis obſides ab iiſdem acceperunt. Duae praeterea tribus adiectae ceteris Falerina & Ufentina ſunt. Haec dum geruntur, Crotoniatae cum Brutiis tranſigunt: ſed bello cum civibus, propter conſpirationem cum Heraclide ac Soſiſtrato, (de qua proximo ante hunc libro ſpeciatim diſſeruimus) a populari ſocietate expulſis, in alterum nunc annum protracto, Paronem & Menedemum, viros illuſtres, per ſuffragia praeficiunt. Interea exſules Thuriis profecti, mercenariis ad CCC conductis, noctu in patriam irrumpere conantur. Sed a Cro-

δευσαν ἐπὶ τῶν μεθορίων τῆς Βρεττίων χώρας· μετ᾽ ὀλίγον δὲ τῆς πολιτικῆς δυνάμεως ἐπελθούσης [1] πολλαπλασίου, παντες μαχόμενοι κατεσφάγησαν. ἡμεῖς δὲ ἐπεὶ τὰ περὶ Σικελίαν καὶ τὴν Ἰταλίαν [2] διεληλύθαμεν, διαβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Εὐρώπης.

Olympias in Macedoniam redux & Philippum & Eurydicen vita privat,

ια΄. Κατὰ γὰρ τὴν Μακεδονίαν, Εὐρυδίκη τῆς βασιλείας προεστηκυῖα, καὶ πυνθανομένη τὴν Ὀλυμπιάδα παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν κάθοδον, πρὸς μὲν Κάσσανδρον εἰς Πελοπόννησον ἀπέστειλε βιβλιαφόρον, ἀξιοῦσα βοηθεῖν τὴν ταχίστην. τῶν δὲ Μακεδόνων τοὺς [3] πρακτικωτάτους ἀνακαλουμένη δωρεαῖς καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις, ἰδίους ταῖς εὐνοίαις κατεσκεύαζε. Πολυσπέρχων δὲ δύναμιν ἤθροισε, προσλαβόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην, καὶ [4] κατήγαγεν Ὀλυμπιάδα μετὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου παιδὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν. ἀκούων οὖν Εὐρυδίκην ἐν Εὐίοις τῆς Μακεδονίας οὖσαν

1 Πολλαπλασίας Leid.
2 Διήλθομεν Leid. cum Reg. 1.
3 Πρατικωτάτους ἀνακαλουμένη Reg. 2. πατρικωτάτους ἀνακαλουμ. Baſil.
4 Κατῆγεν Leid. Reg. 1.

toniatis repulſi, in Brutiorum confiniis caſtra ponunt. At exiguo poſt longe maiore civium manu contra illos egreſſi, omnes inter pugnandum conciduntur. Nos Siciliae atque Italiae res exſecuti, ad reliquos Europae tractus ſermonem transferemus.

XI. In Macedonia Eurydice regno praeſidens, ubi Olympiadem ad reditum ſe accingere reſcivit, tabellario ad Caſſandrum miſſo in Peloponneſum, rogat, ut quam celerrime opem ferat, & Macedonum gnaviſſimos muneribus promiſſiſque ingentibus evocatos, ad favendum ſuis partibus inducit. Interea Polyſperchon, adiuncto ſibi Aeacida Epirota, Olympiadem cum Alexandri filio in regnum reducit. Audienſque, Eurydicen ad Evia Macedo-

μετὰ τῆς δυνάμεως, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὴν, σπεύδων μιᾷ μάχῃ κρῖναι τὰ πράγματα. ἀντιταχθέντων δ' ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, οἱ Μακεδόνες, ἐντραπέντες τὸ τῆς Ὀλυμπιάδος ἀξίωμα, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενοι τῶν Ἀλεξάνδρου, μετεβάλοντο. Φίλιππος μὲν οὖν [1] βασιλεὺς εὐθὺς ἥλω μετὰ τῆς θεραπείας· ἡ δ' Εὐρυδίκη μετὰ Πολυκλέους ἑνὸς τῶν συμβούλων εἰς Ἀμφίπολιν ἀποχωροῦσα συνελήφθη. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον Ὀλυμπιὰς τῶν βασιλικῶν σωμάτων κυριεύσασα, καὶ χωρὶς κινδύνων τὴν βασιλείαν παραλαβοῦσα, [2] τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως· ἀλλὰ τήν τ' Εὐρυδίκην καὶ τὸν ἄνδρα Φίλιππον τὸ μὲν πρῶτον εἰς φυλακὴν καταθεμένη, κακουχεῖν ἐπεχείρησε. περιοικοδομήσασα γὰρ αὐτῶν ἐν βραχεῖ τόπῳ τὰ σώματα, διὰ μιᾶς στενῆς ὑποδοχῆς ἐχορήγει [3] τὰ ἀναγκαῖα. ἐπὶ πολλὰς δ' ἡμέρας παρανομήσασα τοὺς ἠτυχηκότας,

1 Ὁ βασιλεὺς Reg. 2.
2 Τὴν βασιλείαν Baſil.
3 Τὰ δίκαια Vatic. Venet. cum Baſil.

niae cum exercitu verſari, uno proelio totum abſolvere negotium feſtinans, raptim in eam ducit. Iamque caſtra caſtris oppoſita erant: cum Olympiadis dignitatem reveriti Macedones, recordati Alexandri in ſe benefacta, mutarunt animos. Philippus ergo rex cum ſuo famulitio ſtatim capitur. Eurydice autem, cum Polycle, ex conſiliariis uno, Amphipolim regreſſa, poſtea comprehenditur. Hunc ad modum regiis potita corporibus Olympias, & citra periculum regnum adepta, fortunae proſperitatem non humaniter tulit; ſed Eurydicen & virum eius Philippum, initio quidem in cuſtodiam traditos, male tractare inſtituit. Nam corpora illorum in loco perexiguo concluſit, ubi per unum tantum receptaculum, quod anguſtiſſimum erat, neceſſaria exhiberentur; & per multos ita dies praeter ius & aequum in

ἐπειδὴ παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἠδόξει, διὰ τὸν πρὸς τοὺς πάσχοντας ἔλεον, τὸν μὲν Φίλιππον προσέταξε Θραξί τισιν [1] ἐκκεντῆσαι, βασιλέα γεγενημένον ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέτταρας· τὴν δ' Εὐρυδίκην παῤῥησιαζομένην, καὶ βοῶσαν αὐτῇ μᾶλλον προσήκειν ἤπερ Ὀλυμπιάδι τὴν βασιλείαν, ἔκρινε μείζονος ἀξιῶσαι τιμωρίας. εἰσέπεμψεν οὖν αὐτῇ ξίφος, καὶ βρόχον, καὶ κώνειον, καὶ συνέταξε τούτων ᾧ βούλοιτο καταχρήσασθαι πρὸς τὸν θάνατον, οὔτε τὸ [2] προγεγενημένον ἀξίωμα τῆς παρανομουμένης ἐντραπεῖσα τὸ παράπαν, οὔτε τῆς κοινῆς τύχης εἰς οἶκτον ἐλθοῦσα. τοιγαροῦν [3] τῆς ὁμοίας μεταβολῆς τυχοῦσα, τῆς ὠμότητος ἀξίαν ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. Εὐρυδίκη μὲν γὰρ κατευξαμένη, παρόντος τοῦ κομίσαντος, τῶν ὁμοίων δωρεῶν Ὀλυμπιάδα τυχεῖν, τὸν μὲν ἄνδρα περιέστειλεν, ἐπιμεληθεῖσα τῶν τραυμάτων, ὡς ποθ' ὁ καιρὸς συνεχώρει· ἑαυτὴν δ' ἀνα-

1 Ἐκκεντίσαι Baſil. 2 Προγεγονὸς Leid. 3 Deſit Baſil.

miſeros deſaeviit. Cum vero apud Macedones, ob miſericordiam illorum erga afflictos, male audiret, Philippum Thracibus quibuſdam configendum tradidit; poſtquam VI annos & IV menſes rex fuerat. Eurydicen, quod linguam non contineret, & ſibi magis, quam Olympiadi, regnum convenire, vociferaretur, maiori afficiendam ſupplicio iudicavit. Gladium igitur, & laqueum, cicutamque ei miſit cum optione, ut quocunque iſtorum mallet, mortem ſibi conſciſceret, neque priſtinam tam inique oppreſſae dignitatem aeſtimans, neque ad communis fortunae commiſerationem ſe demittens. Idcirco eandem experta mutationem, dignum crudelitate ſua exitum vitae habuit. Nam Eurydice, praeſente adhuc illo, qui attulerat, Deos comprecata, ut dona Olympiadi ſimilia obtingerent, maritum, curatis vulneribus, prout tempus concedebat, obvelavit: & ſe ipſam de cingulo

κρεμάσασα τῇ ζώνῃ, κατέστρεψε τὸν βίον, οὔτε δακρύσασα τὴν ἑαυτῆς τύχην, οὔτε τῷ μεγέθει τῶν συμπτωμάτων ταπεινωθεῖσα. Ὀλυμπιὰς δὲ, τούτων διαφθαρέντων, ἀνεῖλε μὲν τὸν Νικάνορα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασσάνδρου, κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου [1] τάφον, μετερχομένη, καθάπερ ἔφησε, τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον. ἐπέλεξε δὲ καὶ τῶν Κασσάνδρου φίλων τοὺς ἐπιφανεστάτους ἑκατὸν Μακεδόνας, οὓς [2] ἅπαντας ἀπέσφαξεν. ἐν τοιούτοις δὲ παρανομήσασι πληροῦσα τὸν ἑαυτῆς θυμὸν, ταχὺ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων ἐποίησε μισῆσαι τὴν ὠμότητα. πάντες γὰρ ἀνεμιμνήσκοντο τῶν Ἀντιπάτρου λόγων, ὃς, καθάπερ χρησμῳδῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκελεύσατο, μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας [3] προστατῆσαι. τὰ μὲν οὖν κατὰ Μακεδονίαν τοῦτον τὸν τρόπον διοικηθέντα, πρόδηλον εἶχε τὴν ἐσομένην μεταβολήν.

multoſque ſimul Caſſandri amicos.

ιβʹ. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, Εὐμένης μὲν ἔχων τοὺς

Res in Aſia geſtae.

1 Τάφρον Baſil.
2 Omittit Leid.
3 Προστάττειν Leid. conſentiente Reg. 1.

ſuſpendens, vitam abrupit, ita ut nec fortunae ſuae illacrimaret, nec ob magnitudinem calamitatum deprimi animum pateretur. His ita ſublatis, Nicanorem Caſſandri fratrem necavit, & ſepulcrum Iollae evertit, ulciſcens, uti iactitabat, Alexandri mortem. Tum e Caſſandri amicis centum Macedones delegit, quos omnes mactavit. Id genus factis immanibus dum animum explet, complures Macedonum ad deteſtandum cum odio hanc crudelitatem irritavit. Cuncti enim memores erant verborum Antipatri, quibus tanquam oraculo ſub exitum vitae praeceperat, ne mulierem regno praeeſſe ſinerent. Haec ergo ad illum adminiſtrata modum in Macedonia manifeſtam prae ſe mutationem ferebant.

XII. In Aſia vero Eumenes, Argyraſpides ſecum ha-

Eumenes hiberna apud Caras Babyloniae habuit;

ubi Python & Seleucus ei maxime adverſabantur.

Ἀργυράσπιδας Μακεδόνας, καὶ τὸν ἀφηγούμενον αὐτῶν Ἀντιγένην, παρεχείμασε μὲν τῆς Βαβυλωνίας ἐν ταῖς ὀνομαζομέναις Καρῶν κώμαις· πρὸς δὲ Σέλευκον καὶ Πύθωνα πρέσβεις ἀπέστειλεν, ἀξιῶν βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι, καὶ μετ' αὐτοῦ συναγωνίσασθαι πρὸς Ἀντίγονον. τούτων δ' ὁ μὲν Πύθων τῆς Μηδίας, ὁ δ' ἕτερος τῆς Βαβυλωνίας σατράπης ἀπεδέδεικτο, καθ' ὃν καιρὸν ἡ δευτέρα διαίρεσις ἐγενήθη τῶν σατραπειῶν ἐν Τριπαραδείσῳ. οἱ δὲ περὶ Σέλευκον τοῖς μὲν βασιλεῦσιν ἔφασαν βούλεσθαι παρέχεσθαι χρείας, Εὐμένει μέντοιγε μηδέ ποθ' ὑπομένειν ποιοῦντας τὸ προσταττόμενον, οὗ Μακέδονες συνελθόντες κατέγνωσαν θάνατον· πολλὰ δὲ πρὸς ταύτην τὴν προαίρεσιν διαλεχθέντες, συνεξέπεμψαν παρ' αὐτῶν πρεσβευτὴν πρὸς [1] Ἀντιγένην καὶ τοὺς Ἀργυράσπιδας, ἀξιοῦντες ἀφιστάναι τῆς ἡγεμονίας Εὐμένη. τῶν δὲ Μακεδόνων οὐ προσεχόντων τοῖς λόγοις, Εὐμένης, ἐπαινέσας αὐτῶν τὴν προθυμίαν, ἀνέζευξε με-

1 Ἀντιγένην Baſ. ſemper. Cett. Ἀντιγένη.

bens Macedones, horumque ducem Antigenem, in pagis Babyloniae, qui Carae nominantur, hibernabat. Is miſſis ad Seleucum & Pythonem legatis, poſtulavit, ut auxilia regibus ſubminiſtrantes, communi ſecum bello Antigonum impugnarent. Ex his Python Mediae, alter Babyloniae ſatrapa deſignatus fuerat, cum ſecunda ſatrapiarum diviſio fieret in Triparadiſo. Seleucus autem cum ſociis, ſe regibus quidem neceſſaria exhibiturum, ſed Eumenis imperata ut faceret, commiſſurum nunquam, cui publico Macedones concilio ſupplicium capitale irrogaſſent, reſpondit. Multiſque in hanc ſententiam diſputatis, per legatum Antigenem & Argyraſpides, ut abdicarent imperio Eumenem, ſollicitarunt. Cum vero non acciperent poſtulata Macedones, collaudata ipſorum erga ſe propenſione, Eumenes, cum exercitu progreſ-

τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν, κατεστρατοπέδευσε, τῆς Βαβυλῶνος ἀπέχων σταδίους τριακοσίους· καὶ πρόθεσιν μὲν εἶχεν εἰς Σοῦσα ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, διανοούμενος τὰς ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυνάμεις μεταπέμπεσθαι, καὶ τοῖς βασιλικοῖς θυσαυροῖς χρήσασθαι πρὸς τὰς [1] κατεπειγούσας χρείας. ἠναγκάζετο δὲ τὸν ποταμὸν διαβαίνειν, διὰ τὸ τὴν μὲν κατόπιν χώραν προνενομεῦσθαι, [2] τὴν δὲ πέραν ἀκέραιον εἶναι, καὶ δαψιλεῖς δύνασθαι παρέχεσθαι τροφὰς τῷ στρατοπέδῳ. συναγαγόντος οὖν αὐτοῦ πλοῖα πανταχόθεν πρὸς τὴν διάβασιν, οἱ περὶ Σέλευκον καὶ Πύθωνα κατέπλευσαν δυσὶ μὲν τριήρεσι, κοντωτοῖς δὲ πλείοσιν. [3] ἔτι γὰρ τὰ σκάφη ταῦτα περὶ γῆν ἦν ἐκ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου ναυπηγηθέντων περὶ Βαβυλῶνα.

Maximis inſidiis Eumenes ad Tigrin circumventus.

ιγ'. Ταῦτα δὲ προσαγαγόντες πρὸς τὴν ἔκβασιν,

1 Ἐπειγούσας Baſil.

2 Τὴν δ' ἑτέραν ἀκερ. ora Steph. Reg. 1. Leid. ſine cauſa.

3 Ἦσαν δὲ τὰ σκάφη ταῦτα τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου &c. Steph. marg. Reg. 1. non diſſentiente Leid.

ſus, iuxta Tigrin flumen caſtra poſuit, ut trecentis a Babylone ſtadiis abeſſet. Suſa autem contendere, propoſitum ipſi erat: quod in animo haberet, copias e provinciis ſuperioribus evocare, theſauriſque regiis uti, quando neceſſitas urgeret. Sed amnem tranſire cogebatur, propterea quod pabulationibus, & praedis agendis regio citerior iam depaſta eſſet, ulterior autem adhuc intacta largum exercitui commeatum ſuppeditare poſſet. Dumque navigia undique ad tranſitum conquirit, Seleucus & Pytho triremibus duabus & compluribus aliis, quae contis agitantur, navigant. Nam hae naves adhuc in terra remanſerant ex illis, quas Alexander Babylone conſtruxerat.

XIII. His ad traiectus locum appulſis, denuo Mace-

πάλιν ἐπεχείρουν τοὺς Μακεδόνας πείθειν ἀποστῆσαι τὸν Εὐμένη τῆς στρατηγίας, καὶ μὴ προάγειν καθ᾽ αὐτῶν ἄνδρα ξένον, καὶ πλείστους [1] Μακεδόνας ἀνῃρηκότα. οὐδενὶ δὲ τρόπῳ τῶν περὶ τὸν Ἀντιγένην πειθομένων, οἱ περὶ Σέλευκον προσπλεύσαντες πρός τινα διώρυγα παλαιὰν, ἀνέῤῥηξαν τὴν ἀρχὴν αὐτῆς, ὑπὸ τοῦ χρόνου συγκεχωσμένην. περικλυσθείσης δὲ τῆς τῶν Μακεδόνων στρατοπεδείας, καὶ πάντῃ τοῦ συνεχοῦς τόπου λιμνάσαντος, ἐκινδύνευσεν ἅπαν ἀπολέσθαι τὸ στρατόπεδον [2] ὑπὸ τῆς πλήμης. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἔμειναν ἐφ᾽ ἡσυχίας, ἀπορούμενοι πῶς χρηστέον τοῖς πράγμασι· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ παραστησάμενοι τὰ κοντωτὰ πλοῖα, περὶ τριακόσια τὸν ἀριθμὸν ὄντα, διεβίβασαν τὸ κράτιστον τῆς δυνάμεως, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος κατὰ τὴν ἔκβασιν. οἱ γὰρ περὶ Σέλευκον ἱππεῖς μόνον εἶχον, καὶ τούτους πολὺ τοῖς ἀριθμοῖς λειπομένους τῶν

1 Μακεδόνων ora Steph. & Baſ.

2 Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς πλήμης (πλύμμης Reg. 1. πλήμμης Leid.) ὑστέρουν, ὑπάρχοντες ἐκπεπληγμένοι τὸ παράδοξον. ἐκείνην μὲν ora Steph. Leid. Reg. 1.

donibus perſuadere nituntur, ut Eumeni imperium abrogent, nec contra ſe provehant hominem peregrinum, & qui Macedonum compluribus necis auctor exſtitiſſet. At cum nullo Antigenes pacto ſibi perſuadere ſineret, Seleuciani ad foſſam quandam veterem ſubvecti, principium eius, longinquitate temporis obſtructum, dirumpunt. Macedonum igitur caſtra inundant: & totus ille tractus undique ſtagnat: adeo ut in periculum internecionis, per eluvionem illam, exercitus veniret. Illum ergo diem quieti permanebant, quomodo his rebus conſulendum eſſet ambigentes. Poſtridie vero navigiis, quae contis impelluntur, adhibitis, (erant autem numero CCC) praecipuum exercitus robur, nemine tranſitum interturbante, tranſportant. Seleucus enim equitatum ſolummodo, verum longe inferiorem numero adverſariis, penes

ἐναντίων. νυκτὸς δὲ ἤδη καταλαμβανούσης, Εὐμένης μὲν ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῆς ἀποσκευῆς, πάλιν εἰς τοὐπίσω διεβίβασε τοὺς Μακεδόνας. εἰσηγησαμένου δέ τινος τῶν ἐγχωρίων, ἐπεβάλετό τινα τόπον ἀνακαθαίρειν, δι' οὗ ῥάδιον ἦν ἀποστρέψαι τὴν διώρυγα, καὶ βάσιμον κατασκευάσαι τὴν πλησίον χώραν. ἃ δὴ συνιδόντες οἱ περὶ Σέλευκον, καὶ βουλόμενοι τὴν ταχίστην αὐτοὺς ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας ἀπαλλάξαι, πρέσβεις ἀπέστειλαν ὑπὲρ ἀνοχῶν, συγχωρήσαντες τὴν διάβασιν. εὐθὺς δὲ καὶ βιβλιαφόρους ἀπέστειλαν πρὸς Ἀντίγονον εἰς Μεσοποταμίαν, ἀξιοῦντες ἥκειν τὴν ταχίστην μετὰ τῆς δυνάμεως, πρὶν ἢ καταβῆναι τοὺς σατράπας μετὰ τῶν δυνάμεων. Εὐμένης δὲ διαβὰς τὸν Τίγριν, καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Σουσιανὴν, εἰς τρία μέρη διεῖλε τὴν δύναμιν, διὰ τὴν τοῦ σίτου σπάνιν. ἐπιπορευόμενος δὲ τὴν χώραν κατὰ μέρος, σίτου μὲν παντελῶς ἐσπάνιζεν· ὄρυζαν δὲ καὶ σήσαμον καὶ φοίνικα διέδωκε τοῖς στρατιώ-

Tandem Tigrin tranſgreſſus & in Suſianam delatus,

ſe habebat. Iamque nox appetebat, cum Eumenes, de impedimentis anxius, retro Macedones iterum tranſmittit, & docente quodam indigena, locum quendam purgare inſtituit, qua foſſam divertere, ac meabilem reddere tractum vicinum, facile erat. Quo Seleucus animadverſo, cum illos e ſatrapia ſua quamprimum excedere cuperet, de induciis legatos mittit, liberumque illis tranſitum permittit. Sed e veſtigio miſſis ad Antigonum in Meſopotamiam tabellariis, ut quam citiſſime cum exercitu veniat, antequam ſatrapae cum ſuis copiis deſcenderint, ipſum orat. Eumenes autem Tigrin tranſgreſſus, ut in Suſianam pervenit, exercitum in tria agmina, propter frumenti penuriam, diviſit. Et ſic tripartitum per regionem iter habens, tritici magnam ſentit inopiam: oryzam igitur ſeſamumque ac fructus palmae, quibus

ταις, δαψιλῶς ἐχούσης τῆς χώρας τοὺς τοιούτους καρπούς. πρὸς δὲ τοὺς ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἡγεμόνας ἣν μὲν καὶ πρότερον ἀπεσταλκὼς τὰς παρὰ τῶν βασιλέων ἐπιστολὰς, ἐν αἷς ἦν γεγραμμένον πάντα πειθαρχεῖν Εὐμένει, καὶ τότε δὲ βιβλιαφόρους ἀπέστειλεν, ἀξιῶν ἀπαντᾷν εἰς τὴν Σουσιανὴν ἅπαντας μετὰ τῶν ἰδίων δυνάμεων. καθ' ὃν δὴ χρόνον συνέβη κἀκείνους ἠθροικέναι τὰ στρατόπεδα, καὶ συνδεδραμηκέναι πρὸς ἀλλήλους δι' ἑτέρας αἰτίας, [1] ὑπὲρ ὧν ἀναγκαῖον προειπεῖν.

superiorum provinciarum ſatrapas in auxilium vocat.

ιδ'. [2] Πύθων σατράπης μὲν ἀπεδέδεικτο Μηδίας, στρατηγὸς δὲ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἁπασῶν, [3] γένει Παρθυαῖος. ὃς Φιλώταν μὲν τὸν προϋπάρχοντα στρατηγὸς ἀπέκτεινε, τὸν δὲ αὐτοῦ ἀδελφὸν Εὔδαμον ἀντὶ τούτου κατέστησεν. οὗ γενομένου, συνέδραμον οἱ λοιποὶ σατράπαι πάντες, φοβηθέντες μὴ τὸ παραπλήσιον πά-

Hi tum maxime exercitus contra Pythonem coactos habebant.

1 Ὅπερ ἀναγκαῖον Baſil.
2 Πύθων Reg. 1. Πείθων Leid. Cett. Πίθων.
3 Γενόμενος, Παρθυαίας Φιλώταν μὲν Reg. 1. γενόμενος, Φιλώταν μὲν τὸν Παρθυαίας στρατηγὸν Leid. In Ven. γενόμενος Παρθυαῖος, at Vat. γενὸ Παρθυαῖος.

regio illa abundabat, inter milites diſtribuit. Quamquam vero iam antea regum literas ad ſuperiorum praefectos ſatrapiarum perferendas curarat: tamen etiam tunc mittit tabellarios, rogatum, ut cum ſuis quiſque copiis in Suſiana occurrerent omnes. Quo tempore contigerat, ut & ipſi exercitus haberent congregatos, interque ſe coirent alias ob cauſas: de quibus hic aliquid praemitti neceſſum eſt.

XIV. Pytho totius Mediae ſatrapes, & dux provinciarum omnium ſuperiorum deſignatus erat, natione Parthus, qui Philotam antehac ducem interemerat, fratremque ſuum Eudamum in locum illius ſuffecerat. Quo perpetrato, reliqui ſatrapae omnes concurrere, ne ſimili modo tractarentur, veriti, quod turbulenti Python in-

θωσιν, ὄντος τοῦ Πύθωνος κινητικοῦ, καὶ [1] μεγάλαις ἐπιβολαῖς περιβαλλομένου. περιγενόμενοι δὲ αὐτοῦ μάχῃ, καὶ πολλοὺς τῶν συναγωνισαμένων [2] ἀνελόντες, ἐξήλασαν ἐκ τῆς Παρθυαίας. κἀκεῖνος τὸ μὲν πρῶτον ἀνεχώρησεν εἰς Μηδίαν, μετ᾽ ὀλίγον δ᾽ εἰς τὴν [3] Βαβυλῶνα παραγενόμενος, παρεκάλει τὸν Σέλευκον βοηθεῖν αὐτῷ, καὶ κοινωνεῖν τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας τῶν ἄνω [4] σατραπῶν συνηθροικότων [5] εἰς τὸ αὐτὸ τὰ στρατόπεδα, παρῆσαν οἱ παρ᾽ Εὐμένους βιβλιαφόροι πρὸς ἑτοίμας τὰς δυνάμεις. ἦν δὲ τῶν ἡγεμόνων ἐπιφανέστατος μὲν καὶ κοινῷ δόγματι πάντων τὴν στρατηγίαν παραλαβὼν Πευκέστης, γεγενημένος Ἀλεξάνδρου σωματοφύλαξ, καὶ προηγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως δι᾽ ἀνδρείαν. σατραπείαν δ᾽ εἶχεν [6] ἔτη πλείονα τῆς Περσίδος, καὶ [7] μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγ-

Summum imperium gerebat Peuceſtes, Perſidis ſatrapa.

1 Μεγάλου ταῖς ἐπιβολαῖς. περιβαλομένου δ᾽ αὐτοῦ μάχῃ Reg. 1. Leid.

2 Ἀνελόντος, ἐξήλασεν ἐκ τῆς σατραπείας. κἀκεῖνος εἰς Μηδίαν ἀπεχώρησεν Reg. 1.

3 Βαβυλωνίαν Steph. marg. cum Leid. & Reg. 1.

4 Σατραπειῶν Reg. 2. Baſil.

5 Εἰς ταυτὸ Reg. 1. Mox ἑτοίμους idem. Leid. tum ſtatim παρειληφώς· non male.

6 Ἔτη πλείονα Ven. Reg. 2. Baſ. Vulgo τὴν πλείονα.

7 Μεγίστης ora Steph. Leid. & Reg. 1.

genii eſſet, magniſque ſe conatibus implicaret. Superatum igitur proelio, ubi magnam eius militum partem conciderant, e Parthia hominem profligarunt. Ille quidem principio receptum in Media quaerebat. Sed brevi poſt Babylonem profectus, Seleucum, ut ſibi auxilium ferret, eaſdem ſpes amplexus, rogitabat. His ergo de cauſis poſtquam exercitus unum in locum contraxiſſent ſatrapae, Eumenis tabellarii ad expeditas iam copias venere. Nobiliſſimus inter duces erat, & communi omnium ſcito imperium gerebat Peuceſtes, corporis quondam Alexandri cuſtos, & propter fortitudinem a rege evectus. Satrapiam vero tenuerat Perſidis per plures annos, ma-

χανε παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. δι' ἃς αἰτίας φασὶ καὶ τὸν Ἀλέξανδρον αὐτῷ μόνῳ Μακεδόνων συγχωρῆσαι Περσικὴν φορεῖν στολὴν, χαρίζεσθαι βουλόμενον τοῖς Πέρσαις, καὶ διὰ τούτου νομίζοντα κατὰ πάντα ἕξειν τὸ ἔθνος ὑπήκοον. εἶχε δὲ τότε Πέρσας τοξότας μὲν καὶ σφενδονήτας μυρίους, τοὺς δ' εἰς τὴν Μακεδονικὴν τάξιν καθωπλισμένους παντοδαποὺς τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Ἕλληνας μὲν καὶ Θρᾶκας ἑξακοσίους, Πέρσας δὲ πλείους τῶν τετρακοσίων. Πολέμων δ' ὁ Μακεδὼν, Καρμανίας σατράπης ἀποδεδειγμένος, εἶχε πεζοὺς μὲν χιλίους πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ ἑπτακοσίους· καὶ [1] Σιβύρτιος μὲν τῆς Ἀραχωσίας ἡγούμενος παρείχετο πεζοὺς μὲν χιλίους, [2] ἱππεῖς δὲ δέκα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἕξ. [3] Ἀνδρόβαζος δ' ἐκ Παροπαμισαδῶν, [4] τοῦ Ὀξυάρτου κυριεύοντος τῆς σατραπείας, ἀπέσταλτο μετὰ πεζῶν

Adduntur copiarum numeri.

1 Σιβύρτιος Ven. Vat. Baſil. & Reg. uterque. Male edd. Σιβύριτος.

2 Septem quae ſequuntur vocabula margo Reg. 2. delenda monet. In Reg. 1. deſit δέκα.

3 Ἀνδροβάζων ora Steph. Ven. Ἀνδροβάζῳ Baſil.

4 Ὃς Ὀξυάρτου Baſil.

gna apud indigenas gratia valens. Quam ob cauſam etiam Alexandrum ferunt huic ſoli ex Macedonibus indulſiſſe, ut Perſicam geſtaret ſtolam, cum hac ratione Perſis gratificari vellet, eoque morigeram ad omnia ſe gentem habiturum exiſtimaret. Aderant illi tum ſagittarii & funditores Perſici decies mille, & ex diverſis gentibus in Macedonicum adoptati ordinem ter mille: equites autem ex Graecis & Thracibus ſexcenti, & ex Perſis plures quadringentis. Polemon autem Macedo, Carmaniae ſatrapes, in peditatu habebat CIↃ IↃ, in equitatu IↃ CC. Et Sibyrtius, Arachoſiae praeſes, mille peditum centumque ac ſedecim equites exhibuerat. Androbazus porro a Paropamiſadis (quam ſatrapiam Oxyartes in poteſtate habebat) cum mille ducentorum peditatu, & qua-

μὲν χιλίων καὶ διακοσίων, ἱππέων δὲ τετρακοσίων. Στάσανδρος δ' ὁ τῆς Ἀρίας καὶ Δραγγινῆς σατράπης προσειληφὼς καὶ τοὺς ἐκ τῆς Βακτριανῆς, εἶχε πεζοὺς μὲν χιλίους πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους. ἐκ δὲ τῆς Ἰνδικῆς Εὔδαμος παρεγένετο μεθ' ἱππέων μὲν [1] πεντακοσίων, πεζῶν δὲ [2] τρισχιλίων, ἐλεφάντων δὲ ἑκατὸν εἴκοσι· τὰ δὲ θηρία ταῦτα παρέλαβε μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, δολοφονήσας [3] Πῶρον τὸν βασιλέα. οἱ δὲ πάντες μετὰ τῶν σατραπῶν ἠθροίσθησαν, πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων ὀκτακισχιλίων ἑπτακοσίων, ἱππεῖς δὲ τετρακισχίλιοι ἑξακόσιοι.

ιε'. Ἐπεὶ δὲ παρεγενήθησαν εἰς τὴν Σουσιανὴν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Εὐμένη, συνήγαγον ἐκκλησίαν κοινὴν, ἐν ᾗ πολλὴν συνέβη γενέσθαι φιλοτιμίαν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας. Πευκέστης μὲν γὰρ, διά τε τὸ πλῆθος τῶν συναγωνιζομένων, καὶ [4] διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴν, ἑαυτὸν ᾤετο δεῖν ἔχειν τὴν τῶν πάντων ἡγεμονίαν.

Cunctae eorum copiae cum in Suſiana Eumenianis ſe iunxiſſent, fit contentio de ſummo imperio;

1 Τριακοσίων Steph. marg. Leid. Reg. 1. qui paullo ante ἦγε πεζοὺς μὲν, ſatis probe.
2 Τριακοσίων Venet. Baſil.
3 Πρῶτον Baſil.
4 Praepoſitio deſit in Baſil.

dringentorum equitatu miſſus erat. Staſander Ariae & Dranginae Satrapes, adiunctis ſibi Bactrianis, peditum habebat mille quingentos, equitum mille. Ex India venerat Eudamus cum IↃ equitibus, tribus peditum millibus & CXX elephantis. Quas feras poſt Alexandri obitum, Poro per dolum interfecto, nactus erat. Univerſim cum Satrapis congregata erant amplius XVIII millia peditum, & ſeptingenti, equitum millia IV & IↃC.

XV. Hi cum in Suſianam ad Eumenianos perveniſſent, concionem publicam advocant, in qua ingens de ſummo imperio contentio exoritur. Peuceſtes enim ob multitudinem caſtra eius ſectantium, & praerogativam ab Alexandro acceptam, ſe rerum ſummae praeficien-

Ἀντιγένης [1] δὲ, τῶν Ἀργυρασπίδων Μακεδόνων στρατηγῶν, ἔφη δεῖν δοθῆναι τὴν ἐξουσίαν τῆς αἱρέσεως τοῖς μετ' αὐτοῦ Μακεδόσι συγκαταπεπολεμηκόσιν Ἀλεξάνδρῳ τὴν Ἀσίαν, καὶ γεγονόσι διὰ τὰς ἀρετὰς ἀνικήτοις. Εὐμένης δὲ, [2] φοβούμενος μὴ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους στάσιν εὐχείρωτοι κατασταθῶσιν Ἀντιγόνῳ, συνεβούλευεν, ἕνα μὲν μὴ καθιστᾷν ἡγεμόνα, πάντας δὲ τοὺς προκεκριμένους ὑπὸ τοῦ πλήθους σατράπας καὶ στρατηγοὺς, εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν συνιόντας καθ' ἡμέραν βουλεύεσθαι κοινῇ περὶ τῶν συμφερόντων. ἵστατο γὰρ Ἀλεξάνδρῳ τετελευτηκότι σκηνὴ, καὶ κατὰ ταύτην θρόνος, πρὸς ᾧ θύοντες εἰώθεισαν συνεδρεύειν περὶ τῶν κατεπειγόντων. πάντων δὲ διασημαινομένων τὸ ῥηθὲν ὡς συμφέρον εἰρημένον, συνῆγε καθ' ἡμέραν συνέδριον οἷόν τινος δημοκρατουμένης πόλεως. μετὰ δὲ ταῦτα παρελθόντων αὐτῶν εἰς Σοῦσα, παρὰ τῶν θησαυρο-

quam controverſiam Eumenes diremit ita, ut conſeſſus ducum habendos proponeret.

1 Neque hanc vocem agnoſcit Baſil.

2 Φοβούμενος ἵνα μὴ ſolus e ſuo Cod. Leid.

dum cenſebat. Antigenes, dux Argyraſpidum ex Macedonia, Macedonibus ſuis, qui cum Alexandro armis ſubegiſſent Aſiam, & virtute ſe invictos declaraſſent, arbitrium electionis permittendum eſſe confirmabat. Interim Eumenes, ne propter diſſidium facilem de ſe victoriam praeberent Antigono, veritus, conſulebat, ne unum ſibi imperatorem crearent; ſed omnes, quos ſatrapas & ductores ſibi multitudo praepoſuiſſet, in regium praetorium quotidie congreſſi de commodis publicis deliberarent. Erectum enim fuerat Alexandro tabernaculum, inque eo ſolium, ad quod ſollemni ſacrorum ritu conſeſſus agitare de urgentibus negotiis ſolebant. Cum igitur omnes utilem eſſe hanc ſententiam applauſu demonſtraſſent, quotidie, velut in civitate quadam popularis adminiſtrationis, conſeſſus habebant. Hinc Suſa digreſſis,

φυλακούντων Εὐμένης ἔλαβε χρημάτων πλῆθος, ὅσον ἦν ἱκανὸν εἰς τὰς χρείας. μόνῳ γὰρ τούτῳ διὰ τῶν ἐπιστολῶν οἱ βασιλεῖς [1] συνετετάχεισαν διδόναι, καθότι ἂν αὐτὸς προαιρῆται. μισθοδοτήσας δὲ τοὺς Μακεδόνας εἰς ἓξ μῆνας, Εὐδάμῳ τῷ τοὺς ἐλεφάντας [2] κατάγοντι ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἔδωκε διακόσια τάλαντα, τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰς τῶν θηρίων δαπάνας, τῷ δὲ ἔργῳ διὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης θεραπεύων τὸν ἄνδρα· ᾧ γὰρ ἂν τῶν στασιαζόντων οὗτος προσθοῖτο, μεγίστην ἐποιεῖτο ῥοπὴν, καταπληκτικῆς οὔσης τῆς τῶν θηρίων χρείας. τῶν δ' ἄλλων σατραπῶν ἕκαστος ἔτρεφε τοὺς ἐκ τῆς ὑφ' ἑαυτὸν χώρας συνηκολουθηκότας. Εὐμένης μὲν οὖν ἐν τῇ Σουσιανῇ διατρίβων, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. Ἀντίγονος δὲ παραχειμάσας ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, τὸ μὲν πρῶτον διενοήθη τοὺς περὶ τὸν Εὐμένη διώκειν ἐκ ποδὸς, πρὶν αὐξηθῆναι· ὡς δ' ἤκουσε τοὺς σατράπας καὶ τὰς

Iunctum ſatraparum agmen Antigonum a bello Eumeni inferendo avertit.

1 Συνέστησαν Leid. & Reg. 1. 2 Καταγαγόντι Reg. 1.

quantam pecuniae vim neceſſitas exigebat, Eumenes a theſaurorum cuſtodibus accepit. Huic enim ſoli, quantum poſtularet, exhibendum eſſe, reges per literas conſtituerant. Macedonibus ergo ſtipendia in VI menſes erogat, & Eudamo, qui elephantes ex India adduxerat, ducenta numerat talenta, expenſarum quidem nomine in belluas, ſed revera, ut hoc munere hominem ſibi devinciret. Cuicunque enim per obortas factiones hic ſeſe adiuncturus fuerat, ei propter uſum belluarum formidabilem, ingens momentum afferebat. Aliorum ſatraparum unuſquiſque ex regione ſua militem ſibi obnoxium alebat. Eumenes itaque in Suſiana moram trahens, exercitum recreabat. Interea Antigonus, hibernis in Meſopotamia egreſſus, Eumenis agmen, priuſquam vires collegiſſet, e veſtigio perſequi conſtituerat. Aſt ubi ſatra-

μετ' αὐτῶν δυνάμεις συνεληλυθυίας τοῖς Μακεδόσιν, ἐπέσχε τὴν σπουδὴν, καὶ τήν τε δύναμιν ἀνελάμβανε, καὶ προσκατέγραφε στρατιώτας. ἑώρα γὰρ τὸν πόλεμον μεγάλων στρατοπέδων καὶ παρασκευῆς οὐ τῆς τυχούσης προσδεόμενον.

Hoc tempore Attalus ceterique captivi (cf. XVIII, 45.) e cuſtodia elabi conantur;

ιστ'. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἄτταλος καὶ Πολέμων καὶ Δόκιμος, ἔτι δὲ Ἀντίπατρος, καὶ Φιλώτας, οἱ μετὰ τῆς Ἀλκέτου δυνάμεως ἁλόντες ἡγεμόνες, ἐφυλάττοντο μὲν ἔν τινι φρουρίῳ καθ' ὑπερβολὴν [1] ὀχυρῷ· ἀκούσαντες δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἀντίγονον εἰς τὰς ἄνω σατραπείας ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, [2] νομίζοντες εὔθετον ἔχειν καιρὸν, ἔπεισάν τινας τῶν τηρούντων αὐτοὺς λῦσαι. κυριεύσαντες δ' ὅπλων ἐπέθεντο τῇ φυλακῇ περὶ μέσας νύκτας. αὐτοὶ μὲν οὖν ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, τηρούμενοι δὲ ὑπὸ στρατιωτῶν τετρακοσίων, διαφέροντες δὲ ταῖς τόλμαις καὶ ταῖς εὐχειρίαις

1 Ἐχυρῷ Leid.

2 Νομίσαντες ἔχειν εὔθετον καιρὸν Leid. & Reg. 1. Mox αὐτοὺς ante λῦσαι omittit Reg. 1.

pas, &, quae cum illis eſſent, copias Macedonibus ſe coniunxiſſe acceperat, ſtudium inhibuit, otioque ſuis conceſſo, plures militiae adſcripſit. Bellum enim copiis ingentibus, apparatuque non vulgari, opus habere vidit.

XVI. Inter has rerum vices, Attalus, Polemo, Docimus, cumque his Antipater & Philotas, qui duces cum Alcetae copiis in poteſtatem venerant, in caſtello quodam incredibiliter munito aſſervabantur. Audita vero Antigoni in ſuperiores provincias expeditione, iam commodam ſe nactos opportunitatem rati, cuſtodum nonnullos, ut vincula ſibi laxent, inducunt. Armis igitur correptis, mediam circa noctem, cuſtodiam invadunt: ipſi tantum octo, & a quadringentis militibus circumſepti; at fiducia animorum & promtitudine manuum, pro-

διὰ τὴν μετ' Ἀλεξάνδρου στρατείαν, [1] Ξενοπείθη μὲν τὸν φρούαρχον συναρπάσαντες [2] ὑπὲρ τὸ τεῖχος ἔῤῥιψαν, σταδιαῖον ἐχούσης τῆς πέτρας ὕψος. τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν κατασφάξαντες, τοὺς δ' ἐκβαλόντες, ἐνεπύρισαν τὰς οἰκίας. τῶν δ' ἔξωθεν καραδοκούντων προσελάβοντο τὸν ἀριθμὸν εἰς πεντήκοντα· τοῦ δὲ φρουρίου σίτου τε πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἔχοντος, [3] ἐβουλεύοντο πότερον χρὴ μένειν καὶ χρῆσθαι τῇ τῶν τόπων ὀχυρότητι, [4] καραδοκοῦντας τὴν παρ' Εὐμένους βοήθειαν, ἢ φεύγοντας τὴν ταχίστην ἀλᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν, καιροτηροῦντας τὰς μεταβολάς. γιγνομένης δὲ πλείονος ἀντιλογίας, Δόκιμος μὲν ἐκχωρεῖν [5] συνεβούλευεν· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄτταλον οὐκ ἔφασαν δυνήσεσθαι κακοπαθεῖν, διὰ τὴν ἐν τοῖς δεσμοῖς [6] γενομένην κακουχίαν. τούτων δὲ πρὸς ἀλλήλους διϊσταμένων, ἔφθασαν ἐκ τῶν σύνεγγυς φρουρίων συνδραμόντες στρατιῶται, πεζοὶ μὲν

ſed circumventi rurſus in cuſtodiam redeunt.

1 Ξενοπίθη Reg. 2.
2 Ἀπὸ τοῦ τείχους ora St. Leid. R. 1.
3 Ἐβουλεύσαντο Reg. 1. Leid.
4 Καραδοκούντων Baſ. Vat.
5 Συνεβούλευσεν Reg. 1.
6 Γεγενημένην Reg. 1. Leid.

pter militiam cum Alexandro, praeſtantes: & Xenopithem, qui cuſtodiae praeerat, correptum de muro petrae ſtadium altae praecipitem agunt, aliiſque partim concisis, partim exturbatis, domos incendunt. Ex illis vero, qui extrinſecus ſucceſſum rei obſervabant, ad quinquaginta intro recipiunt. Caſtellum quidem frumento & rebus alioqui neceſſariis abundabat: ſed tamen inter ſe conſultant, utrum manere, ac locorum munitione uti, ſubſidia Eumenis praeſtolantes, an fuga quam primum arrepta per agros divagari, obſervato metationis tempore, expediat. Multum in utramque partem diſputatur. Docimi quidem conſilium erat, ut excederent. Attalus vero cum ceteris, ſe propter aſſiduas vinculorum aerumnas, oberrationis mala ferre poſſe, negabat. Interea dum hi inter ſe diſſentiunt, milites e vicinis praeſidiis

πλείους τῶν πεντακοσίων, ἱππεῖς [1] δὲ τετρακόσιοι· χωρὶς δὲ τούτων ἐκ τῶν ἐγχωρίων ἄλλοι παντοδαποὶ, πλείους τῶν τρισχιλίων, οἱ στρατηγὸν [2] ἐξ ἑαυτῶν καταστήσαντες, περιεστρατοπέδευσαν τὸ χωρίον. παραδόξως δὲ πάλιν αὐτῶν κατακλεισθέντων, Δόκιμος μὲν κατάβασίν τινα κατανοήσας ἀφύλακτον, διεπρεσβεύσατο πρὸς τὴν Ἀντιγόνου γυναῖκα Στρατονίκην, οὖσαν πλησίον τῶν τόπων· καὶ δεύτερος διὰ ταύτης ἐκπηδήσας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἔτυχε πίστεως, ἀλλ' εἰς φυλακὴν παρεδόθη· ὁ δὲ συγκαταβὰς αὐτῷ, καθηγησάμενος τοῖς πολεμίοις ἀνήγαγεν εἰς τὸ χωρίον οὐκ ὀλίγους, καὶ κατελάβετο μίαν τῶν ὀρθίων πετρῶν. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄτταλον, πολὺ λειπόμενοι τοῖς πλήθεσι, διὰ τὰς ἀρετὰς ἀντείχοντο, καὶ
[3] καθ' ἡμέραν ἀγωνιζόμενοι διεκαρτέρουν· πολιορκηθέντες δὲ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας τέσσαρας, ἥλωσαν κατὰ κράτος.

1 Δὲ τετραχόσιοι Reg. 1. Vulgo δὲ τετραχοσίων, quod imprudentius ſumtum ex numeri eius nota υ', ut in Baſil.

2 Ἐξ αὐτῶν Reg. 1. Leid.

3 Καθημέραν Reg. 1. & Baſil. in quibus & paullo poſt καταχράτος.

accurrunt, pedites ıↄ, & equites CCCC plures, praeterque hos ex indigenis hinc inde complures alii ſupra tria millia, qui, ductore ex ſe ipſis creato, locum illum caſtris ſuis circumdant. Cum ergo contra, quam ſperarant, rurſum incluſi eſſent; Docimus, animadverſo quodam deſcenſu ab excubiis immuni, per legatum egit cum Stratonice, Antigoni uxore, quae non procul inde aberat: & cum uno comite illac exſiliit. Verum non ſervata fide, cuſtodiae mancipatus eſt. Qui cum eo deſcenderat, ducem ſe hoſtibus praebuit, nec paucis in caſtellum eductis, unum ex ſaxis praecelſis occupavit. Quamquam vero Attalus cum ſuis numero longe inferior eſſet, virtute tamen reſiſtebant, ex die in diem certamen continuantes fortiter: donec annum & IV menſes tolerata oppugnatione, in hoſtis tandem poteſtatem venerunt.

ιζ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημοκλείδου, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Γάϊον Ἰούνιον καὶ Κοΐντον Αἰμίλιον· Ὀλυμπιὰς δ' ὑπῆρχεν ἕκτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δεινομένης Λάκων. περὶ δὲ τούτους τοὺς καιροὺς, Ἀντίγονος μὲν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ἀναζεύξας, ἧκεν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, κἀκεῖ συνέθετο κοινοπραγίαν Σελεύκῳ καὶ Πύθωνι· προσλαβόμενος δὲ καὶ παρὰ τούτων στρατιώτας, ἔζευξε πλοίοις τὸν Τίγριν ποταμὸν, καὶ περαιώσας τὰς δυνάμεις, ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐμένη, πυθόμενοι τὰ πεπραγμένα, Ξενοφίλῳ μὲν τῷ τὴν ἐν Σούσοις ἄκραν φυλάττοντι [1] ἐκέλευσαν μήτε τῶν χρημάτων Ἀντιγόνῳ δοῦναί τι, μήτε εἰς λόγους ἔρχεσθαι· αὐτοὶ δὲ τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες, ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν, ἀπέχοντα Σούσων ὁδὸν ἡμέρας, [2] ᾗ τῆς ὀρεινῆς ἔχεται τῆς ὑπὸ τῶν αὐτονόμων κατεχομένης, οὓς Οὐξίους προσαγορεύουσι· [3] πλάτος μὲν

Olymp. CXVI, 1.

Antigonus, inita ſocietate cum Seleuco & Pythone, movet in Eumenem; hic autem ad Tigrin occurrit,

1 Διεκέλευσαν Reg. 1.
2 Ἡ -- ἔχει Baſil. Reg. 2. Vat. In edd. ᾗ τῆς &c.
3 Πλάτος δὲ κατὰ πολλοὺς μὲν τόπους &c. Leid. cum Reg. ambobus.

XVII. Poſt haec Archon erat Athenis Democlides, & Romae Conſules C. Iunius & Q. Aemilius. Tum Olympias decima ſexta agebatur poſt centeſimam, qua ſtadii victoriam retulit Deinomenes Laco. Per hoc tempus motis e Meſopotamia caſtris, Antigonus in Babyloniam venit, & ſocietatem iniit cum Seleuco & Pythone, acceptaque militum ab his manu, navigiis Tigrin flumen iunxit, tranſportatiſque copiis celeriter adverſus hoſtes contendit. De quibus certior factus Eumenes, Xenophilo arcis Suſianae praefecto mandat, ne quid pecuniarum Antigono tradat, neve ad colloquium eius deſcendat. Ipſe aſſumtis copiis ad Tigrin fluvium contendit, unius diei itinere diſtantem a Suſis, ubi regionem montanam, a liberis inſeſſam populis, (Uxios nominant) attingit.

κατὰ πολλοὺς τόπους τριῶν σταδίων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τεττάρων, βάθος δὲ κατὰ μέσον τὸ ῥεῦμα πρὸς τὰ μεγέθη τῶν ἐλεφάντων· καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους, εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θάλασσαν. ἔχει δὲ καὶ θαλάττιον ἰχθὺν πολὺν, καὶ θηρία τῶν πελαγίων, ἃ φαίνεται μάλιστα περὶ κυνὸς [1] ἐπιτολάς. τοῦτον δὲ τὸν ποταμὸν προσβαλόμενοι, καὶ πᾶσαν τὴν παραποταμίαν ἀπὸ τῶν πηγῶν ἕως τῆς θαλάττης φυλακαῖς διαλαβόντες, ἀνέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. προσδεομένης δὲ τῆς φυλακῆς διὰ τὸ μῆκος στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγων, οἱ περὶ τὸν Εὐμένη καὶ [2] Ἀντιγένην ἠξίωσαν τὸν Πευκέστην ἐκ τῆς [3] Περσίδος μεταπέμψασθαι τοξότας μυρίους. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐ προσεῖχεν αὐτοῖς, μεμψιμοιρῶν ἐπὶ τῷ μὴ τετευχέναι τῆς [4] στρατηγίας· ὕστερον δὲ δοὺς αὐτῷ

totamque fluminis ripam praeſidiis firmat, acceptis e Perſia auxiliis.

1 Ἀνατολὰς Baſil. Reg. 2. Ven. Vat. Mox προλαβόμενοι ora Steph. Leid. προσλαβόμενοι Reg. 1.
2 Ἀντιγένη edd.
3 Πατρίδος Reg. 2. ſed melius eiuſdem margo.
4 Στρατηγίας Reg. 1. Leid. Vat. egregie. Cett. στρατείας.

Latitudo eius multis in locis eſt trium, alicubi etiam quatuor ſtadiorum: profunditas in alvei medio elephantis altitudinem aequat, & a montanis ad ſeptingenta ſtadia procurrens, in mare tandem rubrum ſeſe eructat. Multum etiam marini piſcis & belluarum, quae in pelago verſantur, ac circa exortum Caniculae maxime apparent, in ſeſe habet. Hunc amnem pro munimento Eumeniani obiectant, totaque fluminis ora a fontibus ad mare praeſidiis firmata, hoſtis adventum praeſtolantur. Sed cum praeſidia illa propter longinquitatem non exiguo militum numero indigerent, Eumenes & Antigenes a Peuceſta contendunt, ut decem millia ſagittariorum ex Perſia evocet. Qui poſtulatis eorum initio non aſſenſit, denegatum ſibi exercitus imperium conquerens. Poſtea vero rationibus apud ſemetipſum ſubductis, conceſſit;

λόγον, συνεχώρησεν, ὅτι κρατήσαντος Ἀντιγόνου συμβήσεται καὶ τὴν σατραπείαν αὐτὸν ἀποβαλεῖν, καὶ περὶ τοῦ σώματος κινδυνεῦσαι. ἀγωνιῶν οὖν ὑπὲρ αὑτοῦ, καὶ τῆς στρατηγίας μᾶλλον τεύξεσθαι νομίζων, ὡς πλείστους ἔχων στρατιώτας, προσήγαγε, καθάπερ ἠξίουν, τοξότας μυρίους. ἀπέχοντες δ' ἔνιοι τῶν Περσῶν ὁδὸν ἡμερῶν τριάκοντα, τὸ παραγγελθὲν αὐθήμερον ἤκουον, [1] διὰ τὸ φιλοτεχνηθὲν περὶ τὰς φυλακάς· ὅπερ οὐ καλῶς ἔχει παραδραμεῖν. τῆς γὰρ Περσίδος οὔσης αὐλωνοειδοῦς, καὶ σκοπὰς ἐχούσης ὑψηλὰς καὶ πυκνὰς, ἐπὶ τούτων ἐφειστήκεισαν οἱ μέγιστον φθεγγόμενοι τῶν ἐγχωρίων. διῃρημένων γὰρ τῶν τόπων εἰς ἀκοῆς φωνὴν, [2] οἱ παραλαμβάνοντες τὸ παραγγελθὲν ὁμοίως ἑτέροις παρεδίδοσαν· εἶτ' ἐκεῖνοι πάλιν ἄλλοις, ἕως εἰς τὸ τέρμα τῆς σατραπείας τὸ δοθὲν [3] παραδοθῇ.

Perſarum nuntii celeres, in ſpeculis collocati, obiter deſcribuntur.

ιή. Τῶν δὲ περὶ τὸν Εὐμένη καὶ Πευκέστην ταῦτα

Interea Antigonus Suſa pervenerat.

1 Steph. his aſteriſcum adſcripſit. Διαφιλοτ. Baſil. una voce.

2 Οἱ μεταλαμβ. Reg. 1. Leid.

3 Παραδοθείη Reg. 1.

quod victore Antigono futurum eſſet, ut & ſatrapiam ipſe amitteret, & in vitae diſcrimen veniret. Cum igitur anxius eſſet de ſe ipſo, & imperium ſe tanto facilius adepturum ſperaret, ut qui maiorem vim militum haberet, ille ſagittariorum decem millia, ut petebant, adduxit. Etſi autem de Perſis aliqui XXX dierum itinere aberant, id tamen, quod denuntiabatur, eo ipſo die audierunt, idque propter artificioſam excubiarum diſtributionem: quod praeterire haud decet. Perſia convallibus interciſa eſt, ac ſpeculas habet celſas ac frequentes, in quibus collocati erant, qui voce maxime valerent. Diviſis enim ad vocis auditum locis, qui mandatum exceperant, eodem modo ceteris tradebant: illi viciſſim aliis, donec ad finem provinciae traditum perferretur.

XVIII. Dum Eumenes & Peuceſtes haec adminiſtrant,

διοικούντων, Ἀντίγονος, ἐπειδὴ [1] προάγων μετὰ τῆς δυνάμεως ἧκεν εἰς Σοῦσα τὸ βασίλειον, Σέλευκον μὲν ἀπέδειξε τῆς χώρας σατράπην, καὶ δοὺς αὐτῷ στρατιώτας, προσέταξε πολιορκεῖν τὴν ἄκραν. ἀπειθοῦντος δὲ Ξενοφίλου τοῦ θησαυροφύλακος, αὐτὸς μετὰ τῆς στρατιᾶς ἀνέζευξεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὔσης τῆς ὁδοῦ καυματώδους, καὶ παντελῶς ἐπικινδύνου ξενικαῖς δυνάμεσι διελθεῖν. διὸ καὶ τὰς πορείας ἠναγκάζοντο νυκτὸς ποιεῖσθαι, καὶ στρατοπεδεύεσθαι περὶ τὸν ποταμὸν, πρὶν ἥλιον ἀνατέλλειν· οὐ μὴν ἠδυνήθη γε κατὰ πάντα ἄθικτος γενέσθαι τῶν κατὰ τὴν χώραν κακῶν· ἀλλὰ, καίπερ ἐνδεχομένως ἅπαντα πράξας, συχνοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καύματος, ἅτε καὶ τῆς ὥρας οὔσης περὶ κυνὸς [2] ἐπιτολάς· ἐπεὶ δὲ παρεγενήθη πρὸς τὸν Κοπράτην ποταμὸν, [3] ἐπέσχε τῆς πορείας, καὶ τὰ πρὸς τὴν διάβασιν παρεσκευάζετο. οὗτος δὲ ἔκ τινος ὀρεινῆς ῥέων ἐξέπιπτεν εἰς τὸν Πα-

Inde aerumnoſo itinere ad Copraten fl. progreſſus,

1 Προάγων Reg. 1. rectius. Edd. προσάγων.

2 Ἀνατολὰς Baſ. Reg. 2. Vatic.

3 Quatuor ſqq. omittunt Ven. Reg. 2. Baſ. Mox Πασιτίγριν Baſil. Reg. 2. Venet. In cett. Τίγριν.

Antigonus, ubi cum exercitu progreſſus Suſa in regiam pervenerat, Seleucum terrae ſatrapam creavit; datiſque militibus, arcem obſidere iuſſit. Detrectante vero poſtulata Xenophilo theſaurorum cuſtode, ipſe cum agmine in hoſtes movit, per viam aeſtuoſam, & qua tranſire peregrinis copiis periculoſum erat maxime. Quam ob rem, ut noctu iter facerent, cogebantur, & caſtra metari iuxta fluvium, antequam ſol oriretur. Nec tamen a malis eius terrae immunis per omnia eſſe potuit; ſed quamvis omnia, quoad potuit, ageret, ob immodicum tamen aeſtum, quippe ſub Caniculae exortum, magnam militum iacturam fecit. Perventum tandem ad Copraten fluvium, ubi, cum iter aliquantiſper ſtitiſſet, quae ad tranſitum facerent, adornavit. Is e regione quadam mon-

σιτίγριν, ὃς ἀπεῖχε τῆς μὲν Εὐμένους στρατοπεδείας [1] σταδίους ὀγδοήκοντα, καὶ τὸ μὲν πλάτος εἶχεν ὡς ἂν τεσσάρων πλέθρων, ὀξὺς δὲ ὢν ἐν τῇ καταφορᾷ, προσεδεῖτο πλοίων [2] ἢ ζεύγματος. καταλαβὼν δ' ὀλίγα πλοῖα κοντωτὰ, διεβίβασεν ἐν τούτοις τινὰς τῶν πεζῶν, προστάξας τάφρον ὀρύττειν, καὶ χάρακα βαλομένους ὑποδέχεσθαι τὴν λοιπὴν δύναμιν. Εὐμένης δὲ πυθόμενος παρὰ τῶν κατασκόπων τὴν ἐπιβολὴν τῶν πολεμίων, διαβὰς τὸ ζεῦγμα τοῦ Τίγριδος μετὰ στρατιωτῶν μὲν πεζῶν τετρακισχιλίων, ἱππέων δὲ χιλίων τριακοσίων, κατέλαβε διαβεβηκότας τῶν Ἀντιγόνου πεζοὺς μὲν πλείους τῶν τρισχιλίων, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους, καὶ τῶν εἰωθότων σποράδην διαβαίνειν ἐπὶ τὰς προνομὰς οὐκ ἐλάττους ἑξακισχιλίων. ἄφνω δὲ προσπεσὼν τεθορυβημένοις, τοὺς μὲν ἄλλους εὐθὺς ἐτρέψατο, τῶν δὲ Μακεδόνων τοὺς ὑποστάντας τῇ βίᾳ καὶ τῷ

partim navium penuria, partim Eumenianorum impetu in ſummum incurrit diſcrimen.

1 Σταθμοὺς iidem male: nimium enim eſt intervallum.

2 Haec uſque in διεβίβασεν non invenit in ſuo Leid.

tana profluens, in Paſitigrin decurrit, qui a caſtris Eumenis LXXX ſtadia aberat, ad IV plethra latus. Et quia praeceps agitur, navigia aut pontem iugatum requirebat. Paucas ergo naviculas, quae contis propelluntur, nactus, e peditatu aliquot tranſmiſit, foſſam educere, iactoque vallo reliquum agmen exſpectare, iuſſos. De qua hoſtium molitione Eumenes per ſpeculatores edoctus, ſuperato Tigridis ponte, cum IV millibus peditum, & mille trecentis equitibus, de Antigoni exercitu, qui tranſierant, offendit plus quam tria peditum millia, equites trecentos, nec pauciores quam IV millia eorum, qui ſparſim pabulandi cauſa traiicere ſolent. Hos derepente adortus, dum inter ſe turbantur, ceteros illico in fugam vertit, Macedones vero, qui reſiſtere au-

πλήθει κατισχύσας, φυγεῖν εἰς τὸν ποταμὸν πάντας κατηνάγκασε. πάντων δὲ ὁρμησάντων ἐπὶ τὰ πλοῖα, ταῦτα μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν [1] ἐπιβάντων κατεποντίσθη. τῶν δὲ διανήχεσθαι τολμησάντων οἱ πλεῖστοι μὲν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρενεχθέντες διεφθάρησαν, ὀλίγοι δὲ διεσώθησαν. [2] οἱ δὲ, ἄπειροι τοῦ κολυμβᾷν ὄντες, τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς ἐν τῷ ποταμῷ προκρίναντες τελευτῆς, ἥλωσαν, εἰς τετρακισχιλίους ὄντες. Ἀντίγονος δὲ, θεωρῶν τοσοῦτο πλῆθος ἀπολλύμενον, βοηθῆσαι μὲν οὐκ ἴσχυσε, διὰ τὴν τῶν πλοίων σπάνιν.

His coactus ad urbem Badacam,

ιθ'. Ἀδύνατον δ' [3] εἶναι νομίζων τὴν διάβασιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ πόλεως [4] Βαδάκης, ἣ κεῖται παρὰ τὸν [5] Εὔλαιον ποταμόν. οὔσης δὲ τῆς ὁδοιπορίας ἐμπύρου, διὰ τὸ μέγεθος τῶν καυμάτων, διεφθάρη τε πολλὰ σώματα, καὶ τὸ στρατόπεδον [6] εἰς ἀπορίαν ἐνέπεσε καὶ ἀθυ-

1 Ἐπιβάντων Reg. 1. Leid. Vulgo ἐπιβατῶν. Tum κατεποντίσθησαν Reg. 1. ſine cauſa.
2 Οἱ δ' ἄπειροι Reg. 1.
3 Εἶναι γεγονέναι τὴν Baſil.
4 Βαγάδης Reg. 1. Leid. ora St.
5 Εὐδαῖον Leid. cum Steph. m.
6 Εἰς ἀθυμίαν ἐνέπεσε Reg. 2. & Baſil. ſed qui ἔπεσε. Paullo ante ἐφθάρη Reg. 1. Leid.

debant, vi numeroque ſuperatos, in fluvium omnes depulit. Ubi cum omnes ad navigia properarent, haec prae multitudine ingreſſorum aquis demerguntur. Tranatare vero conantium plerique a flumine abrepti peſſumdantur, paucique evadunt. Alii natationis imperiti, venire in poteſtatem hoſtis, quam vitam in fluvio perdere, conducibilius rati, capiuntur, quatuor circiter millia. Antigonus interim, licet tantam perire multitudinem videret, auxiliari tamen penuria navium haud valuit.

XIX. Fieri ergo non poſſe exiſtimans, ut traiiceret, Badacam urbem verſus caſtra movit. Ad Eulaeum haec fluvium ſita eſt. Cum vero propter aeſtus magnitudinem fervidiſſimum hoc iter eſſet, contabuere multorum corpora, & inopia conſilii ac deſperatio exercitum invaſit.

ἀποσκευὴν ἀναχωρεῖν, μακρὰν ἀπέχουσαν, ἠναγκάσθη πεισθῆναι τῷ πλήθει. οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν πικρῶς ἐπιτιμᾶν, ἀμφισβητούντων πολλῶν τῆς [1] στρατηγίας· οὔτε τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον ἑώρα κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντας. ὁ δ' Ἀντίγονος τοὐναντίον χωρὶς δημαγωγίας βεβαίως ἔχων τὴν ἡγεμονίαν, ἐβιάσατο μὲν τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν νεκρῶν στρατοπεδεῦσαι. κύριος δὲ γενόμενος τῆς τούτων ταφῆς, ἠμφισβήτει τῆς νίκης, ἀποφαινόμενος [2] προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις εἶναι τὸ τῶν πεσόντων κυριεῦσαι. ἀνῃρέθησαν δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἀντιγόνου, πεζοὶ μὲν εἰς τρισχιλίους ἑπτακοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα τέσσαρες· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν τετρακισχιλίων. τῶν δ' Εὐμένους ἔπεσον πεζοὶ μὲν πεντακόσιοι τεσσαράκοντα, ἱππεῖς δ' ὀλίγοι παντελῶς· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν ἐννακοσίων.

1 Στρατηγείας Baſil. Steph. margo cum Reg. 2. Vatic.
2 Προτερεῖν ἐν ταῖς μάχαις τὸ τῶν Ven. Baſ.

pedimenta ſua, quae longius aberant, revertendum eſſe vociferante, obſecundare illis cogitur. Acerbius enim milites increpandi, tam multis imperium affectantibus, tunc facultas non erat: nec opportunum concedi tempus videbat, ad plectendum contumaces. At contra Antigonus citra popularem auram ſtabile tenens imperium, vi turbam compulit, ut prope interfectos caſtra ponerent. Et ſepultura illorum potitus, controverſam hoc modo victoriam reddidit, potiri mortuis praeſtabilius in pugnis eſſe confirmans. Interemti ſunt in hoc conflictu ex parte Antigoni peditum tria millia ſeptingenti, equites LIV; vulnerati plus IV millia. Ex peditatu Eumenis cecidere IↃ XL, equites perpauci: vulnerati plures nongentis.

Defunctus proelio Antigonus exercitum in Mediam abduxit, ut ſuos largiore victu & quiete reficeret.

λβʹ. Ὁ δ᾽ Ἀντίγονος μετὰ τὴν ἐκ τῆς μάχης ἀποχώρησιν ὁρῶν τοὺς στρατιώτας ἀθυμοῦντας, διέγνω τὴν ταχίστην ἀναζευγνύειν ὡς [1] πορρωτάτω τῶν πολεμίων. βουλόμενος δ᾽ εὔζωνον ποιῆσαι τὴν δύναμιν πρὸς τὴν ἀποχώρησιν, τοὺς μὲν τραυματίας καὶ τὰ βαρύτατα τῆς ἀποσκευῆς προαπέστειλεν εἴς τινα τῶν πλησίον πόλεων, τοὺς δὲ νεκροὺς ἅμ᾽ ἡμέρᾳ θάψας, καὶ παρακατασχὼν τὸν παρὰ τῶν πολεμίων ἥκοντα κήρυκα περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, παρήγγειλε τῆς ὥρας δειπνοποιεῖσθαι. τῆς δ᾽ ἡμέρας διελθούσης, τὸν μὲν κήρυκα ἔπεμψε, δοὺς εἰς τὴν αὔριον τὴν ἀναίρεσιν· αὐτὸς δὲ πρώτης φυλακῆς ἀρχομένης ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, [2] καὶ συντόνους τὰς πορείας ποιούμενος, ἀπέστη μὲν τῶν πολεμίων μακρὰν, ἔσχε δὲ χώραν [3] ἀκεραίαν εἰς ἀνάληψιν τοῦ στρατοπέδου. διήνυσε γὰρ ἕως Γαμάργων τῆς Μηδίας, οὔσης τῆς χώρας ὑπὸ Πύθωνα, καὶ δυναμένης μεγάλαις δυνάμεσι πρὸς διατροφὴν

1 Πορρώτατα Reg. 1. cum Leid. non male.

2 Καὶ συντόμως Reg. 1. Συντάμους Baſil. frequenti confuſione.

3 Καὶ ἀκεραίαν Baſ. Paullo poſt ἐν ἀσιτίαις Reg. 1. Leid.

XXXII. Antigonus, ubi poſt reditum a pugna abiectos vidit militum animos, quam longiſſime ab hoſtibus quamprimum recedere deſtinavit. Ut vero ad diſceſſum copias efficeret magis expeditas, ſaucios & impedimentorum onerosiſſima, in oppidum quoddam vicinum praemiſit. Tum cadaveribus ſub diei ortum ſepultis, & praecone hoſtium de recipiendis mortuis apud ſe detento, illa ſtatim hora militem prandere iuſſit. Exacta hinc die, caduceatorem dimiſit, recuperationem mortuorum in craſtinum permittens. Ipſe prima ſtatim vigilia appetente cum toto exercitu movens, contentis itineribus procul ab hoſte receſſit, ubi terram ad refectionem copiarum integram habebat. Nam ad Gamarga uſque Mediae perrexit, quae regio ſub Pythonis imperio affatim omnia

δαψιλῶς ἅπαντα χορηγῆσαι. Εὐμένης δὲ, διὰ τῶν κατασκόπων πυθόμενος τὴν ἀναχώρησιν τῶν περὶ τὸν Ἀντίγονον, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, διὰ τὸ καὶ τοὺς ἰδίους στρατιώτας ἐν ἀσιτίᾳ καὶ κακοπαθείαις μεγάλαις γεγονέναι· περὶ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τετελευτηκότων γενόμενος, ἐπεμελήθη τῆς ταφῆς μεγαλοπρεπῶς. ἔνθα δὴ συνέβη γενέσθαι πρᾶγμα παράδοξον καὶ πολὺ τῶν παρ' Ἕλλησιν [1] ἐξηλλαγμένον νομίμων.

SimiliterEumenes ſuis quietem conceſſit.

λγ'. Κητεὺς γὰρ ὁ τῶν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀπηντηκότων στρατηγὸς ἀνῃρέθη μὲν ἐν τῇ μάχῃ, λαμπρῶς ἀγωνισάμενος· ἀπέλιπε δὲ δύο γυναῖκας συνακολουθούσας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὴν μὲν νεόγαμον, τὴν δὲ ὀλίγοις ἔτεσι πρότερον συνοικήσασαν, ἀμφοτέρας δὲ φιλοστόργως πρὸς αὐτὸν διακειμένας. ὄντος δὲ [2] παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, τοὺς γαμοῦντας καὶ τὰς [3] γαμουμένας παρθένους μὴ διὰ τῆς τῶν γονέων κρίσεως ποιεῖσθαι

Memorabile duarum ex India matronarum de obeunda in funere mariti morte certamen.

1 Νομίμων ἐξηλλαγμένον Baſil. Reg. 2. cum Baſil. & Steph. ora.
2 Πάλαι νόμου &c. Vat. Venet. 3 Γαμηθείσας Leid.

magnis exercitibus ſuppeditare poterat. Eumenes, per exploratores de abitu hoſtis Antigoni certior factus, ab inſecutione abſtitit, quod & ipſe inedia aerumniſque magnis affectum haberet militem: & ad mortuorum exſequias converſus, magnifice ſepeliendos curavit. Ubi facinus quoddam inſolens, & a Graecorum legibus moribuſque multum diſcrepans, evenit.

XXXIII. Ceteus, dux eorum, qui ex India venerant, in pugna egregie dimicans occubuerat. Is duas uxores militiae comites in caſtris reliquerat, unam nuper ductam, alteram paucis ante annis in conſuetudinem matrimonialem adſcitam. Utraque ſane caritate maritum eximia fuerat proſecuta. Vetus autem lex apud Indos erat, ut viri atque virgines, qui animum ad coniugium appuliſſent, non ex parentum iudicio, ſed conſenſione mutua,

τὸν γάμον, ἀλλὰ πείσαντας ἀλλήλους, τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον τῆς μνηστείας γενομένης διὰ νεωτέρων ταῖς ἡλικίαις, ὡς ἐπὶ πολὺ συνέβαινε διαπίπτειν τὰς κρίσεις, καὶ ταχὺ μεταμελομένων ἀμφοτέρων πολλὰς τῶν γυναικῶν διαφθείρεσθαι, καὶ δι' ἀκρασίαν φιλοστοργεῖν ἑτέρους· τέλος δὲ μὴ δυναμένας εὐσχημόνως ἀπολιπεῖν τοὺς [1] ἐξ ἀρχῆς προκριθέντας, διὰ φαρμάκων ἀναιρεῖν τοὺς συνοικοῦντας· καὶ τὴν χώραν δ' οὐκ ὀλίγας ἀφορμὰς αὐταῖς δοῦναι, πολλὰς καὶ ποικίλας φέρουσαν φθαρτικὰς δυνάμεις, ἐξ ὧν ἐνίας προσχρωσθείσας μόνον τοῖς ἐδέσμασιν ἢ ποτηρίοις, ἐπιφέρειν τὴν ἀπώλειαν. ἐπιπολαζούσης δὲ τῆς [2] ῥᾳδιουργίας, καὶ πολλῶν ἀναιρουμένων τοῦτον τὸν τρόπον, ἐπειδὴ κολάζοντες τὰς αἰτίας τῶν κακῶν, οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποστρέψαι τὰς ἄλλας [3] τῶν ἀδικημάτων, νόμον ἔθεσαν, ὅπως συγκατακαίωνται τοῖς [4] τετελευτηκόσιν ἀνδράσιν

1 Ἐξαρχῆς una voce Baſil.
2 Ῥαδιουργείας idem.
3 Omittit articulum Baſil.
4 Τελευτήσασιν Reg. 1.

contraherent matrimonia. Et cum ſuperiori tempeſtate inter iuniores ſponſalia fierent, evenit, ut iudicia plerumque fruſtrarentur, & ſtatim oborta utriſque poenitentia, multae uxores corrumperentur, & propter intemperantiam deperirent alios, & tandem, quia honeſte primum ſibi delectos deſerere haud poſſent, veneno maritos e medio tollerent. Ad quod regio non exiguas illis opportunitates ſuggerebat, multas variaſque mortiferae facultatis plantas gignens, quarum nonnullae, leviter cibis aut poculis affrictae, interitum afferunt. Inoleſcente igitur hac fraudulentiſſima verſutia, multiſque eum ad modum intereuntibus, poſtquam in ſontes animadvertendo, ceteras a maleficiis deterrere ac retrahere non poterant, aliam ſanciverunt legem, ut uxores cum viris defunctis ſimul cremarentur, exceptis tamen gravi-

αἱ γυναῖκες, πλὴν τῶν ἐγκύων, ἢ τῶν ἐχουσῶν τέκνα. τὴν δὲ μὴ βουλομένην τῷ δόγματι πειθαρχεῖν, χήραν μὲν εἶναι διὰ τέλους, καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι διὰ παντὸς, ὡς ἀσεβοῦσαν. τούτων δὲ νομοθετηθέντων, εἰς τοὐναντίον τὴν παρανομίαν τῶν γυναικῶν μεταβαλεῖν συνέβη. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτιμίας, ἑκάστης ὑπομενούσης ἑκουσίως τὸν θάνατον, οὐ μόνον προνοεῖσθαι τῆς τῶν συνοικούντων ἀσφαλείας, ὡς κοινῆς οὔσης, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι, καθάπερ ὑπὲρ τῆς μεγίστης εὐδοξίας. ὃ καὶ τότε συνέβη.

λδ'. Τοῦ γὰρ νόμου μίαν κελεύοντος [1] συγκατακάεσθαι, παρῆσαν ἀμφότεραι πρὸς τὴν τοῦ Κητέως ταφὴν, ὑπὲρ τοῦ συναποθανεῖν ὡς ὑπὲρ ἀριστείου συμφιλοτιμούμεναι. τῶν δὲ στρατηγῶν διακρινόντων, ἡ νεωτέρα μὲν ἀπεφαίνετο τὴν ἑτέραν ἔγκυον εἶναι, καὶ διὰ

1 Συγκατακαίεσθαι Reg. 1. Leid.

dis, aut ſi quae natos haberent. Quod ſi quae ad commune gentis decretum ſe attemperare nollet, vidua maneret, & a ſacris aliiſque legitimis, ut impietatis condemnata, excluderetur perpetuo. His ita lege firmatis, conſecutum eſt, ut nefaria uxorum improbitas in contrarium verteretur. Cum enim ob extremam illam dehoneſtationem quaelibet ſponte mortem adiret; non incolumitatis ſolummodo maritorum, ut quae ad ipſas quoque pertineret, providam gerebant curam, ſed etiam inter ſe veluti de ſumma gloria certabant. Id quod etiam tunc evenit.

XXXIV. Quamquam enim lex unam ſimul comburi iubebat, ambae tamen ad funerationem Cetei, de morte ſimul oppetenda, tanquam de excellentiori virtutis praemio, contendentes aderant. Res in ducum iudicio diſceptabatur. Tum minor natu uterum ferre alteram, ac pro-

τοῦτο μὴ δύνασθαι [1] χρήσασθαι τῷ νόμῳ· ἡ δὲ πρεσβυτέρα δικαιότερον [2] ἀπεφαίνετο εἶναι τὴν προέχουσαν τοῖς χρόνοις προέχειν καὶ τῇ τιμῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων θεωρεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους πολὺ προέχοντας τῶν νεωτέρων εἰς ἐντροπὴν καὶ τιμήν. οἱ δ' οὖν στρατηγοὶ διὰ τῶν μαιεύεσθαι δυναμένων γνόντες τὴν πρεσβυτέραν ἔγκυον οὖσαν, προέκριναν τὴν νεωτέραν. οὗ συμβάντος, ἡ μὲν ἀποτυχοῦσα τῆς κρίσεως ἀπῄει μετὰ κλαυθμοῦ, καταῤῥήξασα [3] τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν διάδημα, καὶ τὰς τρίχας σπαράσσουσα, καθαπερεί τινος συμφορᾶς μεγάλης [4] προσηγγελμένης· ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει πρὸς τὴν πυράν, στεφανουμένη μὲν μίτραις ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, κεκοσμημένη δὲ διαπρεπῶς, ὥσπερ εἴς τινα γάμον προεπέμπετο ὑπὸ τῶν συγγενῶν, ᾀδόντων ὕμνον εἰς τὴν ἀρετὴν αὐτῆς. ὡς δ' ἐγγὺς ἐγενήθη τῆς πυρᾶς, περιαιρουμένη

Victrix iunior, coniugis ſe flammis ſuperiacit, & cum eo crematur.

1 Χρῆσθαι Reg. 1. Leid.
2 'Απέφαινεν rurſus iidem.'
3 Articulum omittit Baſil.
4 Προηγγελμένης Reg. 1. Leid.

pterea legem hac in parte exſequi non poſſe, indicat. Maior, aequius eſſe, ut aetate provectior honore etiam praecederet, contendit. In ceteris enim omnibus ſic comparatum videri, ut plus reverentiae & honoris grandioribus natu, quam minoribus, exhibeatur. Duces tandem, ab obſtetricandi peritis edocti, ſeniorem eſſe gravidam, minus adultam illi praeferunt. Id cum eveniſſet, una, quae cauſa ceciderat, plorabunda diſcedit, lacerato, quo caput involverat, reticulo, evulſiſque comis, ac ſi ingens aliqua calamitas annuntiata eſſet. Altera, victoria potitam ſe gaudens, ad rogum tendit: quam matronae familiares mitris coronant, & cognati quam elegantiſſime ornatam, veluti ad nuptiale quoddam feſtum, deducunt, hymnum in virtutem eius decantantes. Simulatque vero ad rogum approximarat, ornatum ſibi detra-

τὸν κόσμον ἑαυτῆς, διεδίδου τοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις, ὡς ἂν εἴποι τις, [1] καταλείπουσα τοῖς ἀγαπῶσι μνημεῖον. ὁ δὲ κόσμος ἦν, περὶ μὲν τὰς χεῖρας δακτυλίων τε πλῆθος ἐνδεδεμένων λίθοις [2] τε πολυτελέσι καὶ διηλλαγμένοις τοῖς χρώμασι· περὶ δὲ τὴν κεφαλὴν χρυσῶν ἀστερισμῶν οὐκ ὀλίγος ἀριθμὸς, παντοδαποῖς λίθοις διειλημμένος. περὶ δὲ τὸν τράχηλον ὅρμων πλῆθος, τῶν μὲν ἐλασσόνων, τῶν δ᾽ ἐκ τοῦ κατ᾽ ὀλίγον ἀεὶ καθ᾽ ὑπέρθεσιν μειζόνων. τὸ δὲ τελευταῖον, ἀσπασαμένη τοὺς οἰκείους, ὑπὸ τἀδελφοῦ μὲν ἐπὶ τὴν πυρὰν ἀνεβιβάσθη· ὑπὸ δὲ τοῦ συνδραμόντος ἐπὶ τὴν θέαν πλήθους θαυμασθεῖσα, κατέστρεψεν ἡρωϊκῶς τὸν βίον. ἡ μὲν γὰρ δύναμις ἐν τοῖς ὅπλοις πᾶσα πρὶν ἅπτεσθαι τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν· αὕτη δὲ τἀνδρὶ παρακλιθεῖσα, καὶ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν οὐδεμίαν φωνὴν ἀγεννῆ προεμένη, προεκαλέσατο τῶν ὁρώντων τοὺς μὲν εἰς ἔλεον, τοὺς δ᾽ εἰς ὑπερβολὴν ἐπαίνων, οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔνιοι τῶν

1 Καταλιποῦσα Leid. 2 Abeſt a Baſil.

ctum familiaribus & amicis diſtribuit, relictura, dixeris, amatoribus ſuis monumentum. Mundus erat, annulorum circum manus copia, quibus lapilli magni pretii, variique coloris, illigati erant. In capite ſtellularum ex auro numerus haud exiguus, omni lapillorum genere diſtinctarum. Circum vero collum vis monilium, partim minorum, partim ſubinde per gradus maiorum. Ad poſtremum domeſticis ſalutatis, a fratre in rogum collocatur, atque inter magnam populi, qui ad ſpectandum confluxerat, demirationem, heroico vitam exitu terminavit. Exercitus enim totus in armis rogum, antequam ſuccenderetur, ter obibat. Illa interim ad virum ſe acclinans, nullam, per excitati ignis ſtrepitum, ignobilis animi vocem edebat: ita ut ſpectatorum alios ad miſerationem, alios ad incredibilem ſui laudem commove-

Ἑλλήνων ἐπετίμων τοῖς νομίμοις, ὡς ἀγρίοις οὖσι καὶ χαλεποῖς. ὁ δ᾽ Εὐμένης ἀπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ταφῆς γενόμενος, ἀνέζευξεν ἐκ τῶν [1] Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβιηνὴν, οὖσαν ἀκέραιον καὶ δυναμένην πάντα δαψιλῆ ταῖς δυνάμεσι παρέχεσθαι. ἀπέχειν δὲ συνέβαινε τὴν χώραν ταύτην τῶν περὶ Ἀντίγονον, [2] διὰ μὲν τῆς οἰκουμένης πορευομένῳ, σταθμοὺς εἴκοσι πέντε, διὰ δὲ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς ἀνύδρου, σταθμοὺς ἐννέα. οἱ μὲν οὖν περὶ Εὐμένη καὶ τὸν Ἀντίγονον τοσοῦτον ἀλλήλων διεστῶτες, ἐν τούτοις τοῖς τόποις παρεχείμαζον ἅμα καὶ τὰς δυνάμεις ἀνελάμβανον.

Peracto funere Eumenes agmen in Gabienen ducit.

λε΄. Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Κάσσανδρος μὲν ἐν Πελοποννήσῳ Τεγέαν πολιορκῶν, καὶ πυθόμενος τήν τε Ὀλυμπιάδος κάθοδον εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὴν Εὐρυδίκης καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν, ἔτι δὲ [3] τὰ περὶ τἀδελφοῦ καὶ τὸν Ἰόλλου τάφον συμβεβηκότα,

In Europa Caſſander, relicta Peloponneſo, in Macedoniam contra Olympiadem movet.

1 Παραιταχῶν Reg. 1. Tum Γαβινηνὴν & mox παρασχέσθαι idem. Γαβηνὴν vulgo.

2 Ἐx Baſil. tum πορευομένων.

3 Τὰ περὶ τὸν Ἰόλλου τἀδελφοῦ Reg. 2. Baſil. Venet.

ret. Non deerant tamen e Graecis, qui inſtituta haec, ut immanitatis & truculentiae plena, vituperarent. Ceterum Eumenes, negotio funerationis expedito, e Paraetacis in Gabienen movit, quae adhuc intacta, omnem rerum copiam exercitui ſubminiſtrare poterat. Diſtabat haec regio a caſtris Antigoni, ſi per culta quis iter faceret, manſiones XXV; per deſerta vero & aquarum egena, IX. Tantis alter ab altero ſpatiis remotus hiemavit, & copiam exercitui ad recolligendum vires praebuit.

XXXV. In Europa vero Caſſander, dum Tegeam in Peloponneſo obſidet, de Olympiadis in Macedoniam reditu, deque Eurydices & Philippi regis interitu, & his, quae circa fratris Iollae ſepulcrum acciderant, certior

πρὸς μὲν τοὺς Τεγεάτας διελύσατο· τὴν δὲ δύναμιν ἀναλαβὼν, προῆγεν [1] ἐπὶ Μακεδονίας, καταλιπὼν τοὺς συμμάχους ἐν πολλῇ ταραχῇ. ἐφήδρευε γὰρ ταῖς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεσιν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυσπέρχοντος, ἔχων στρατόπεδον· Αἰτωλοὶ δὲ χαρίζεσθαι βουλόμενοι τῇ τε Ὀλυμπιάδι καὶ Πολυσπέρχοντι, τὰ περὶ τὰς πύλας στενὰ κατελάβοντο, καὶ τῆς παρόδου τὸν Κάσσανδρον ἀπέκλεισαν. ὁ δὲ βιάζεσθαι μὲν πρὸς τόπους δυσεμβόλους ἀπέγνω· παρασκευασάμενος δὲ πλοῖα καὶ σχεδίας ἔκ τε τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος, ἐπεραίωσε τὴν δύναμιν εἰς τὴν Θετταλίαν. ἀκούων δὲ περὶ τὴν Περραιβίαν προσκαθῆσθαι Πολυσπέρχοντα μετὰ στρατοπέδου, Κάλλαν μὲν ἀπέστειλε στρατηγὸν μετὰ [2] δυνάμεως, προστάξας διαπολεμεῖν τοῖς μετὰ Πολυσπέρχοντος. Δεινίας δὲ τὰ στενὰ προκαταληψόμενος, ἀπαντήσας τοῖς ὑπ' Ὀλυμπιάδος ἐξαποσταλεῖσι στρατιώταις, ἔφθασε τῶν παρόδων κυριεύσας. Ὀλυμ-

1 Ἐπὶ Μακεδονίας Vatic. Leid. melius vulgato Μακεδονίαν.

2 Non habet articulum Reg. uterque ante δυνάμεως, quos ſequor.

factus, cum Tegeatis tranſegit, & aſſumtis copiis in Macedoniam contendit, relictis in magna perturbatione ſociis. Alexander enim Polyſperchontis cum exercitu Peloponneſi urbibus imminebat. Tum Aetoli, gratiam inituri apud Olympiadem & Polyſperchontem, anguſtiis ad Pylas occupatis, tranſitum intercluſere Caſſandro. Is vi per fauces impeditiſſimas penetrare difficillimum ratus, navigiis ratibuſque ex Euboea & Locride comparatis, in Theſſaliam traiecit. Audiens vero, Polyſperchontem in Perrhaebia cum exercitu conſidere, ad bellum Polyſperchonti movendum Callam legatum cum copiis miſit. Dinias interim, ad occupandum anguſtias, miſſis ab Olympiade copiis obviam profectus, tranſitum prior obtinuit.

Olympias Ariſtonoum cum exercitu ei obviam mittit.

πιὰς δὲ, πυθομένη Κάσσανδρον μετὰ μεγάλης δυνάμεως πλησίον εἶναι τῆς Μακεδονίας, Ἀριστόνουν μὲν ἀπέδειξε στρατηγὸν, κελεύσασα διαπολεμεῖν τοῖς περὶ Κάσσανδρον. αὐτὴ δὲ παρῆλθεν εἰς Πύδναν, ἔχουσα τὸν υἱὸν τὸν Ἀλεξάνδρου, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ῥωξάνην, καὶ Θετταλονίκην τὴν Φιλίππου [1] τοῦ Ἀμύντου θυγατέρα· πρὸς δὲ τούτοις Δηϊδάμειάν τε τὴν Αἰακίδου θυγατέρα τοῦ βασιλέως τῶν Ἠπειρωτῶν, Πύῤῥου τε τοῦ πρὸς Ῥωμαίους ὕστερον πολεμήσαντος ἀδελφὴν, καὶ τὰς Ἀττάλου θυγατέρας. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀξιολογωτάτων [2] φίλων τοὺς συγγενεῖς· ὥστ᾽ ἀθροισθῆναι περὶ αὐτὴν πλῆθος μὲν πολὺ σωμάτων, ἀχρείων δ᾽ εἰς πόλεμον τῶν πλείστων. οὐδὲ γὰρ τροφῆς ἱκανὸν ἦν πλῆθος τοῖς μέλλουσι πολιορκίαν ὑπομένειν πολυχρόνιον. ὧν ἁπάντων πρόδηλον ἐχόντων τὸν κίνδυνον, οὐδὲν ἧττον ἐνταῦθα διέγνω μένειν, ἐλπίζουσα

1 Abeſt a Baſil. qui ſtatim Δικιδάμειαν.

2 Deſideratur in Reg. 1. nec admodum eſt neceſſarium.

Olympias, ubi magnis cum viribus Macedoniae Caſſandrum ingruere audiit, Ariſtonoum ducem creat, belloque Caſſandrum excipere iubet. Ipſa, filium Alexandri cum Rhoxane matre, ac Theſſalonicam, Philippi Amyntae filiam, Deidamiam quoque, Aeacidae regis Epirotarum natam, & Pyrrhi, qui poſtea cum Romanis bella geſſit, ſororem, & Attali filias, ut aliorum etiam praecipuae neceſſitudinis amicorum conſanguineos, in comitatu habens, Pydnam ingreditur, ita quidem, ut magna corporum multitudo, quorum tamen pars maxima bello inutilis eſſet, illam ſtiparet. Nec enim ſat commeatus diuturnam toleraturis obſidionem illic ſuppetebat. Quae omnia quamvis manifeſtum oſtentarent periculum, illa tamen nihilominus hic manere conſtituit, multos Grae-

αὐτῇ βοηθήσειν κατὰ θάλατταν Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων πολλούς. συνῆσαν δ' αὐτῇ τῶν τ' ἐξ Ἀμβρακίας ἱππέων τινὲς, καὶ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν εἰωθότων διατρίβειν στρατιωτῶν οἱ πλείους· ἔτι δὲ τῶν μετὰ Πολυσπέρχοντος ἐλεφάντων οἱ καταλειφθέντες. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων θηρίων τῶν κατὰ τὴν προτέραν ἐμβολὴν εἰς Μακεδονίαν Κάσσανδρος ἐκεκυριεύκει.

λστ'. Ὃς τότε διελθὼν τὰ κατὰ Περραιβίαν στενὰ, καὶ παραγενόμενος πλησίον τῆς Πύδνης, τὴν μὲν πόλιν περιεχαράκωσεν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· παρὰ δὲ τῶν συμμαχεῖν βουλομένων μετεπέμπετο ναῦς καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ μηχανὰς, διανοούμενος πολιορκεῖν τοὺς μετ' Ὀλυμπιάδος καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. πυθόμενος δ' Αἰακίδην [1] τὸν τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλέα μετὰ [2] δυνάμεως μέλλειν βοηθήσειν Ὀλυμπιάδι, στρατηγὸν ἐξέπεμψεν [3] Ἀταῤῥίαν, δοὺς στρατόπεδον, καὶ συντάξας ἀπαντᾷν τοῖς Ἠπειρώταις.

Sed Caſſander Olympiadem ipſam Pydnae obſeſſam tenet.

Simul ab una parte Aeacidem, regem Epirotarum,

1 Τὸν τῶν ſolus Reg. 1. quem amplector. Deerat τῶν.

2 Δυνάμεων Baſil.

3 Ἀτταρίαν Reg. 1.

corum & Macedonum per mare opem laturos ſperans. Erant cum illa equites aliquot ex Ambracia, & militum, qui in aula verſari ſolebant, plerique: elephantum inſuper Polyſperchontis pars reſidua; ceteras enim belluas priore in Macedoniam irruptione Caſſander ſuae poteſtatis fecerat.

XXXVI. Qui tunc, anguſtiis Perrhaebiae ſuperatis, ut ad Pydnam acceſſit, oppidum a mari ad mare vallo & aggere circumdedit, & a voluntariis huius belli sociis naves, & telorum omne genus, machinaſque arceſſivit, hoc inſtituto, ut terra marique Olympiadem circumſideret. Cum autem reſciviſſet, Aeacidam regem Epirotarum cum valida manu ſubſidio venturum Olympiadi, Atarrhiam ducem, tradito exercitu, miſit, occurrere Epirotis iuſſum.

οὗ ταχὺ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, καὶ τὰς ἐξ Ἠπείρου παρόδους προκαταλαβομένου, συνέβη τὸν Αἰακίδην ἄπρακτον γενέσθαι. καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν Ἠπειρωτῶν ἀκουσίως ἐστράτευσεν [1] ἐπὶ Μακεδονίαν, καὶ στάσιν ἐποίει κατὰ τὴν παρεμβολήν. ὁ δ' Αἰακίδης ἐκ παντὸς τρόπου βουλόμενος βοηθεῖν Ὀλυμπιάδι, τοὺς μὲν ἀλλοτρίως διακειμένους ἀπέλυσε τῆς στρατείας· τοὺς δὲ συγκινδυνεύειν βουλομένους ἀναλαβὼν, προθυμίαν μὲν εἶχε τοῦ διακινδυνεύειν· οὐκ ἀξιόμαχος δ' ἦν, ὡς ἂν ὀλίγου καταλελειμμένου τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος. οἱ δὲ χωρισθέντες τῶν Ἠπειρωτῶν εἰς τὰς πατρίδας, [2] κατεστασίασαν ἀπόντα τὸν βασιλέα, καὶ κοινῷ δόγματι φυγὴν αὐτοῦ καταγνόντες, πρὸς Κάσσανδρον ἐποιήσαντο συμμαχίαν. ὅπερ οὐδέποτε [3] γενέσθαι συνέβη κατὰ τὴν Ἤπειρον ἀφ' οὗ Νεοπτόλεμος ὁ Ἀχιλλέως ἐβασίλευσε τῆς χώρας. ἀεὶ γὰρ παῖς παρὰ πα-

1 Ἐπὶ Μακεδονίας Reg. 1. Vat. quod probari poteſt.

2 Κατεσίασαν Baſil.

3 Συνέβη γενέσθαι Reg. 1. Leid.

Qui ubi, mandata celeriter exſecutus, tranſitus in Epirum occuparat, factum eſt, ut irritus Aeacidae conatus redderetur. Multitudo enim Epirotarum expeditionem in Macedoniam praeter voluntatem ſuſceperat: ideo ſeditionem in caſtris excitabat. Aeacides vero, quocunque modo ſuppetias Olympiadi ferre cupiens, alienatos a ſe exauctorabat. Et aſſumtis, qui eandem ſecum aleam iacere volebant, ad dimicandum quidem pronus erat, ſed virium non ſatis habebat, exiguo quippe agmine relicto. Interim dimiſſi in patriam ſuam Epirotae, per ſeditionem a rege deſciſcunt, eoque per commune decretum exſilii condemnato, ſocietatis foedus cum Caſſandro iungunt. Quod nunquam per Epirum evenit, ex quo Neoptolemus Achillis regnum in hac regione tenuerat. Semper enim filius, a patre ſucceſſionis iure princi-

τρὸς διαδεχόμενος τὴν δυναστείαν, ἐναπέθνησκε ταῖς βασιλείαις μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν. Κασσάνδρου δὲ παραλαβόντος τὴν Ἤπειρον τῇ συμμαχίᾳ, καὶ πέμψαντος εἰς αὐτὴν ἐπιμελητὴν ἅμα καὶ στρατηγὸν Λυκίσκον, οἱ πρότερον κατὰ Μακεδονίαν διστάζοντες περὶ τῆς συμμαχίας, ἀπήλπισαν μὲν τὰ κατ' Ὀλυμπιάδα πράγματα, τῷ δὲ Κασσάνδρῳ προσέθεντο. μιᾶς δ' οὔσης αὐτῇ βοηθείας τῆς παρὰ Πολυσπέρχοντος, συνέβη καὶ ταύτην συντριβῆναι παραδόξως. ὁ γὰρ ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθεὶς στρατηγὸς Κάλλας, ἐπειδὰν πλησίον γενόμενος τοῦ Πολυσπέρχοντος κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Περραιβίᾳ, διέφθειρε τῶν μετ' αὐτοῦ στρατιωτῶν τοὺς [1] πλείστους χρήμασιν, ὥστε ὀλίγους τοὺς μάλιστα πιστοὺς ἀπολειφθῆναι. αἱ μὲν οὖν Ὀλυμπιάδος ἐλπίδες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῦτον τὸν τρόπον ἐταπεινώθησαν. *ab altera Polyſperchontem, auxilio venturos, arcet.*

λζ'. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, Ἀντίγονος μὲν χειμάζων ἐν [2] Γαδαμάλοις τῆς Μηδίας, καὶ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ *In Aſia Antigonus,*

1 Πλείους Reg. 1. 2 Γαδάρλοις Reg. 1. Leid. & ora Steph.

patum adeptus, regno immoriebatur, uſque ad hanc tempeſtatem. Poſtquam Caſſander, Epiri ſocietate auctus, curatorem ſimul & ducem Lyciſcum in eam miſerat, illi, qui prius in Macedonia de ſuppetiis Olympiadi ferendis diſſederant, actum iam prorſus de illa rati, Caſſandro ſe adiunxere. Unicum a Polyſperchonte ſubſidium reſtabat. Verum & hoc repente attritum fuit. Miſſus enim a Caſſandro Callas praefectus, ubi quam proxime Polyſperchontem in Perrhaebia caſtra poſuerat, maiorem eius militum partem largitionibus corrupit, ita ut vix pauci, nempe fideliſſimi, ſupereſſent. Olympiadis ergo ſpes ad hunc modum intra breve tempus concidere.

XXXVII. In Aſia per id tempus Antigonus, in Gadamalis Mediae hibernans, ubi vires ſuas infirmiores, quam

δύναμιν ἀσθενεστέραν οὖσαν τῆς τῶν πολεμίων, ἔσπευδεν ἀνελπίστως αὐτοῖς ἐπιθέσθαι καὶ καταστρατηγῆσαι. ἐτύγχανον δ' οὗτοι τὴν [1] χειμασίαν ἔχοντες ἐν πολλοῖς μέρεσι διεζευγμένην, ὥστ' ἐνίους ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχειν ὁδὸν ἡμερῶν ἕξ. τὸ μὲν οὖν διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ὁδοιπορεῖν ἀπεδοκίμασε, διὰ τὸ καὶ μακρὰν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις εὐθεώρητον· τὸ δὲ τολμῆσαι διὰ τῆς ἐρήμου καὶ ἀνύδρου προάγειν, ἐπίπονον μὲν ἔκρινεν, εἰς δὲ τὴν βεβουλευμένην ἐπιβολὴν χρησιμώτατον. οὐ μόνον γὰρ διὰ ταύτης συντόμως ἦν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίως λαθεῖν ἀπροσδοκήτως ἐπιπεσόντα τοῖς διὰ τὴν ἄγνοιαν διεῤῥιμμένοις κατὰ κώμας, καὶ ῥᾳθυμοῦσι. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλεν ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀνάζευξιν, καὶ παρασκευάσασθαι [2] δέχ' ἡμερῶν ἄπυρα σιτία· αὐτὸς δὲ δοὺς [3] λόγον ἐπ' Ἀρμενίας προάξειν, ἄφνω παρὰ τὴν πάντων ὑπόληψιν ὥρμησε διὰ τῆς ἐρήμου, τῆς ὥρας οὔσης περὶ

ſuſcepto per deſerta laborioſo itinere, Eumenem ex improviſo opprimere inſtituit.

1 Συμμαχίαν iidem. 2 Ἓξ δ' ἡμερῶν Leid. Reg. 1. 3 Λόγους Reg. 1.

hoſtium animadvertit, praeter ſpem invadere illos, & ſtrategemate circumvenire, maturavit. Hiberna illi disiuncta multis in partibus habebant, ita ut nonnulli ſex iter dierum inter ſe diſtarent. Per cultam ergo terram iter facere, quod & longa eſſet, hoſtiumque proſpectui expoſita, non conſultum duxit, ſed per deſertam, & aquis deſtitutam, ut ducere auderet, quamvis laborioſum, propoſito tamen ſuo utiliſſimum iudicavit, quod non ſolum compendio illam emetiri, ſed etiam clam & ex improviſo hoſtes, per ignorantiam in pagos huc illuc diſperſos, & negligenter rem adminiſtrantes, opprimere liceret. His mente conceptis, milites ad iter accinctos eſſe, & cibaria dierum x ignis haud indiga ſibi comparare iuſſit. Ipſe in Armeniam ſe moturum famam divulgat: at ſubito praeter omnium exiſtimationem per de-

χειμερινὰς τροπάς. κατὰ δὲ τὰς στρατοπεδείας παρήγγειλε τῆς ἡμέρας μὲν τὰ πυρὰ κάειν, τῆς δὲ νυκτὸς κατασβεννύναι τελέως, ὅπως [1] μή τινες νυκτὸς ἐκ τῶν μετεώρων κατανοήσαντες, ἀπαγγείλωσι τὸ γινόμενον τοῖς πολεμίοις. ἦν γὰρ ἡ μὲν ἔρημος πᾶσα σχεδὸν πεδιάς, περιείχετο δὲ ὑπὸ λόφων ὑψηλῶν, ἀφ' ὧν ῥᾴδιον ἦν ἐκ πολλοῦ διαστήματος συνορᾶν τὴν αὐγὴν τοῦ πυρός. ἐπιπόνως δὲ τῆς δυνάμεως πένθ' ἡμέρας ὁδοιπορούσης, οἱ μὲν στρατιῶται διά τε τὸ ψύχος καὶ τὰς ἀναγκαίας χρείας ἔκαον πῦρ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ ἐν ταῖς στρατοπεδείαις. ὃ δὴ συνιδόντες τινὲς τῶν παρὰ τὴν ἔρημον οἰκούντων, ἔπεμψαν τοὺς ἀπαγγελοῦντας αὐθημερὸν τοῖς περὶ Εὐμένη καὶ Πευκέστην, δόντες δρομάδας καμήλους. [2] διατείνει γὰρ τὸ ζῶον τοῦτο σταδίους οὐ πολὺ ἐλάττους χιλίων πεντακοσίων.

Sed agreſtes, adhibitis camelis dromadariis, rem praenuntiant.

λη'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πευκέστην πυθόμενοι κατὰ

1 Μή τινες ἐκ τῶν R. 1. ſat bene.
2 In Reg. 2. gloſſa eſt πόσον δρόμον ἡμερεύει ἡ δρομοκάμηλος. Mox ὅρων Baſil. Vulgo ὀρῶν.

ſerta, ſub hibernam ſolis reverſionem, contendit. In caſtris autem, interdiu ignes accendi, noctu prorſus exſtingui, ne qui per noctem, re de locis editioribus animadverſa, hoſti quid fieret, denuntiarent, praecepit. Nam tota ferme ſolitudo campeſtris erat, collibuſque excelſis circumdata: unde ex longinquo fulgorem ignis proſpicere non difficile eſſet. Dum exercitus ita per dies quinque laborioſum iter fecit, miles tam de nocte, quam die, propter frigus & neceſſarios uſus ignes in caſtris excitat. Quod ſolitudinis accolae quidam conſpicati, eodem ſtatim die in camelis dromadariis mittunt, qui hoc Eumeni ac Peuceſtae nuntiatum eant. Id genus animal non multo minus CIↃ IↃ ſtadiorum emetitur.

XXXVIII. Peuceſtes, circa medium eius viae conſpe-

μέσην τὴν ὁδὸν ἑωρᾶσθαι τὴν στρατοπεδείαν, διέγνωσαν ἀναχωρεῖν εἰς τοὺς ἐσχάτους τόπους τῆς χειμασίας, φοβούμενοι μὴ καταληφθῶσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων πρὶν ἢ συνελθεῖν πανταχόθεν τὴν συμμαχοῦσαν δύναμιν. ὧν ὁρῶν τὴν [1] ἀθυμίαν ὁ Εὐμένης, θαῤῥεῖν παρεκελεύετο, καὶ μένειν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς ἐρήμου. εὑρηκέναι γὰρ τρόπον δι' οὗ ποιήσει τὸν Ἀντίγονον ὕστερον ἡμέραις τρισὶν ἢ τέτταρσι παραγενέσθαι· τούτου δὲ γενομένου, τὴν μὲν ἑαυτῶν δύναμιν ῥᾳδίως ἀθροισθήσεσθαι, τοὺς δὲ πολεμίους καταπεπονημένους, καὶ πάντων ἐνδεεῖς ὄντας, ὑποχειρίους γενήσεσθαι. πάντων δὲ θαυμασάντων τὸ παράδοξον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ζητούντων μαθεῖν τί ποτ' ἔσται τὸ δυνάμενον κωλῦσαι προάγειν τοὺς ἐναντίους, προσέταξεν ἀκολουθεῖν ἑαυτῷ πάντας τοὺς ἡγεμόνας μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, ἔχοντας ἐν ἀγγείοις πλείοσι πῦρ. ἐκλεξάμενος δὲ τῆς μετεώρου χώ-

Eumenis conſilia ad cogendas copias & retardandum hoſtem.

1 Ῥαθυμίαν Reg. 1. Leid. Steph. margo. Mox ἐπεκαλεῖτο καὶ Leid.

cta eſſe caſtra edoctus, ad extremos hibernorum fines regredi ſtatuit, ne prius, quam undique auxiliares copiae in unum conveniſſent, ab hoſtibus opprimeretur, veritus. Cuius trepidationem videns Eumenes, praeſenti illum animo eſſe, & ad fines ſolitudinis permanere iuſſit: rationem enim a ſe inventam, qua triduo aut quatriduo ſerius adventurus eſſet Antigonus. Quod ſi fieret, eventurum, ut & copiae ipſorum facile congregarentur, & hoſtes defeſſi, rerumque omnium penuria afflicti, in poteſtatem venirent. Promiſſorum inſolentiam demirantur omnes, & diſcere avent, quidnam ſit, quod progreſſum hoſtis retardare queat. Eumenes autem omnes ſe duces cum militibus, quos tum habebant, & vaſculis compluribus ignem continentibus, ſequi iubet, & loco in regione ſublimiore delecto, qui ad ſolitudinem ver-

ρας τόπον ἐστραμμένον ἐπὶ τὴν ἔρημον, καὶ [1] πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν πανταχόθεν εὐφυῆ, σημεῖα θέμενος, περιέλαβεν ὡς ἂν ἑβδομήκοντα σταδίων περιφέρειαν. διελὼν δὲ τόπους ἑκάστῳ τῶν συνακολουθούντων, συνέταξε νυκτὸς πῦρ [2] καίειν· διϊστάντας δ' ὡς ἂν εἴκοσι πήχεις, κατὰ μὲν τὴν πρώτην φυλακὴν πολλὴν φλόγα ποιεῖν, ὡς ἂν ἐγρηγορότων ἔτι, καὶ πρὸς θεραπείαν καὶ δεῖπνον παρασκευαζομένων· τῆς δὲ δευτέρας ἐλάττω, καὶ τῆς τρίτης ἀπολιπεῖν ὀλίγα παντελῶς· ὥστε δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐξ ἀποστήματος θεωροῦσιν ἀληθινὴν στρατοπεδείαν. τῶν δὲ στρατιωτῶν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν, κατενόησάν τινες τὰ πυρὰ τῶν νεμομένων μὲν τὴν [3] ἀπεναντίον ὀρεινὴν, φίλων δ' ὄντων Πύθωνι τῷ Μηδίας σατράπῃ. δόξαντες δὲ πρὸς ἀλήθειαν εἶναι στρατοπεδείαν, καταδραμόντες εἰς τὸ πεδίον, ἀπήγγειλαν τοῖς περὶ τὸν Ἀντίγονον καὶ Πύθωνα. οἱ δὲ, διὰ τὸ παράδοξον καταπλαγέντες, καὶ τῆς ὁδοιπορίας [4] ἐπι-

1 Πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν Baſ. Reg. ambo, Leid. Ceteri πρὸς τὴν ἀπόθεσιν καὶ πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν. Notantur & Steph. ſtigmate.

2 Κάειν διϊστάντας ὡς -- πήχεις, καὶ κατὰ Leid. Reg. 1. non male.

3 Ἀπεναντίαν Reg. 1.

4 Κατισχόντες Baſil.

gens proſpectui ex omni parte accommodus foret, ſignis quibuſdam circiter ſtadia LXX in circuitu complectitur, & ducum unicuique locum dimenſus, noctu ignem alere iubet, & diſtantes inter ſe ad XX cubita, prima vigilia flammam excitare maiorem, ac ſi adhuc vigilent, & ad curanda corpora & coenam ſe componant. Secunda vero minorem, tertiaque relinquere perexiguam: ut ex intervallo intuentibus vera eſſe caſtra videantur. Imperata militibus exſecutis, nonnulli, qui montana ex adverſo depaſcebantur, Pythoni Mediae Satrapae amici, ignes conſpicantur, veramque rati caſtrorum metationem, in campeſtria decurrunt, & Antigono Pythonique renuntiant. Illi, eventu hoc inopinato perculſi, itinere

σχόντες, ἐβουλεύοντο πῶς χρηστέον τοῖς [1] προσηγγελμένοις. ἦν γὰρ ἐπικίνδυνον τὸ πεπονηκότας καὶ πάντων ἐνδεεῖς συνηγμένοις ἤδη τοῖς πολεμίοις καὶ πάντων εὐποροῦσι συμβαλεῖν. ὑπολαβόντες δὲ προδοσίαν γεγενῆσθαι, καὶ [2] προακηκοότας τὸ μέλλον τοὺς πολεμίους ἠθροῖσθαι, τὸ μὲν ἐπ' εὐθείας προάγειν ἀπέγνωσαν, εἰς δεξιὰ δὲ κλίναντες, προῆγον ἐφ' ἑκάτερα μέρη τῆς οἰκουμένης χώρας, βουλόμενοι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς κακοπαθείας ἀναλαβεῖν.

λθ'. Εὐμένης δὲ, τὸν προειρημένον τρόπον καταστρατηγήσας τοὺς πολεμίους, μετεπέμπετο πανταχόθεν τοὺς διερριμμένους τῶν στρατιωτῶν καὶ χειμάζοντας ἐν ταῖς κώμαις. βαλόμενος δὲ χάρακα, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρώσας, ὑπεδέχετο μὲν τοὺς ἀεὶ καταντῶντας τῶν συμμάχων, ἐπλήρωσε δὲ τὴν στρατοπεδείαν πάντων τῶν ἐπιτηδείων. ὁ δ' Ἀν-

1 Ἐπηγγελμένοις Reg. 1. Leid. 2 Πρὸς ἀκηκοότας Baſil.

intermiſſo, qua ratione ſignificatis per nuntium obviam eundum ſit, inter ſe conſultant. Feſſos enim ac rerum omnium penuria laborantes cum hoſtibus congregatis, & omni abunde copia inſtructis, committi periculoſum erat. Cum ergo proditionem interveniſſe, & hoſtes, de futura impreſſione iam ante edoctos, coiiſſe exiſtimarent, recta progrediendum haud putabant; ſed deflectentes ad dextram, in utramque habitabilis terrae partem movebant, eo conſilio, ut ex aerumnis inſtaurandi vires copiam agmini praeberent.

XXXIX. Interea Eumenes, deceptis hac deſcripta arte hoſtibus, diſperſos huc illuc per hiberna inque pagos milites undique accivit, iactoque vallo, & profunda caſtris foſſa munitis, adventantes ſubinde ex ſociis auxiliares excepit, & caſtra neceſſariis omnibus replevit. Antigo-

τίγονος διελθὼν τὴν ἔρημον, καὶ πυθόμενος παρὰ τῶν ἐγχωρίων σχεδὸν τὴν μὲν ἄλλην δύναμιν ἅπασαν συνεληλυθέναι τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη, τοὺς δ' ἐλέφαντας μέλλειν ἀναζευγνύειν ἐκ τῆς χειμασίας, καὶ πλησίον εἶναι μεμονωμένους πάσης βοηθείας, ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτοὺς ἱππεῖς λογχοφόρους μὲν [1] Μήδους δισχιλίους, Ταραντίνους δὲ διακοσίους, τῶν δὲ πεζῶν τοὺς ψιλοὺς ἅπαντας. ἤλπιζε γὰρ, μεμονωμένοις τοῖς θηρίοις τὴν ἐπίθεσιν ποιησάμενος, τούτων τε ῥᾳδίως κυριεύσειν, καὶ τῶν πολεμίων [2] παρελεῖσθαι τὸ κράτιστον μέρος τῆς δυνάμεως. ὁ δ' Εὐμένης, καταστοχασάμενος τὸ μέλλον, ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν βοήθειαν ἱππεῖς μὲν τοὺς κρατίστους χιλίους καὶ πεντακοσίους, πεζοὺς δὲ ψιλοὺς τρισχιλίους. ἐπιφανέντων δὲ πρότερον τῶν Ἀντιγόνου στρατιωτῶν, οἱ τῶν ἐλεφάντων ἡγεμόνες τάξαντες [3] εἰς πλινθίον τὰ θηρία προῆγον, ἐν μέσῳ μὲν [4] ἀπειληφό-

Antigonus, cum in propinquo eſſet, in elephantorum agmen inopinato impetum facit,

quem eludit Eumenes.

1 Non legit Reg. 2. Baſil. & habent Steph. aſteriſcum.

2 Καὶ τῶν -- παρελεῖσθαι ſolus Reg. 1. quod praeſtat. καὶ κατὰ -- παρελέσθαι vulgo.

3 Novem, quae ſequuntur, deſunt Veneto.

4 Ὑπειληφότες πεζοὺς τινας ψιλοὺς, κατὰ δὲ τὴν margo Stephan. Reg. 1. Leid.

nus vero, deſerta emenſus, ubi ex indigenis accepit, ceteras Eumenis copias fere omnes conveniſſe, ſed elephantes ex hibernis reditum moliri, iamque in propinquo eſſe, omni praeſidio nudatos; equitum haſtatorum e Medis millia duo, & CC Tarentinos, omneſque levis armaturae pedites obviam illis miſit. Nam ſi deſtitutas praeſidio belluas invaſiſſet, potiturum ſe iis facile, ac validiſſimam exercitus partem hoſti detracturum, ſperabat. At Eumenes, quid futurum eſſet ſuſpicatus, auxilio miſit equitum praeſtantiſſimorum ad mille quingentos, & tria peditum leviter armatorum millia. Ubi prius in conſpectum venerant Antigoni milites, elephantorum ductores, ordinatis in quadrum ad laterculi formam bel-

τες τὰ σκευοφόρα, κατὰ δὲ τὴν οὐραγίαν ἔχοντες συναγωνιζομένους ἱππεῖς οὐ πλείους τετρακοσίων. ἐπιπεσόντων δ' αὐτοῖς τῶν πολεμίων παντὶ τῷ βάρει, καὶ βιαιότερον ἐπικειμένων, οἱ μὲν ἱππεῖς ἐτράπησαν, ὑπὸ τοῦ πλήθους καταπονηθέντες· οἱ δ' ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων ἐφεστηκότες τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχον, καὶ διεκαρτέρουν πανταχόθεν κατατιτρωσκόμενοι, βλάψαι δ' οὐδὲν τοὺς πολεμίους δυνάμενοι. ἤδη δ' αὐτῶν καταπονουμένων, ἀνελπίστως ἐπιφανέντες οἱ παρ' Εὐμένους, ἐξήρπασαν αὐτοὺς ἐκ τῶν κινδύνων. μετὰ δ' ἡμέρας ὀλίγας [1] ἐν τεσσαράκοντα σταδίοις ἀντιστρατοπεδευουσῶν τῶν δυνάμεων, ἐξέταξαν ἀμφότεροι τὸ στρατόπεδον εἰς μάχην, ὡς περὶ τῶν ὅλων κρίσεως ἐσομένης.

Iam vero ab utraque parte acies inſtruitur.

Antigoni acies.

μ'. Ἀντίγονος μὲν οὖν τοὺς ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διελόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον μέρος Πύθωνι παρέδωκε, τὸ δὲ δεξιὸν τῷ υἱῷ Δημητρίῳ, μεθ' οὗ καὶ αὐτὸς διαγωνίζεσθαι διεγνώκει. τοὺς δὲ πεζοὺς εἰς μέσον κατα-

1 Ἐν τεσσαράκοντα Reg. 1. Edd. aberat praepoſitio.

luis, pergebant, in medio impedimenta complexi; a tergo autem ſubſidiaria equitum manus non ultra quadringentos. Ubi vero, quidquid tum virium habebant, in eos effundebant hoſtes, & inſtabant violentius, equites multitudine oppreſſi ſe avertebant. Interea magiſtri elephantum aliquamdiu reſiſtunt, ac telis undique obruti perdurant, licet hoſti nihil detrimenti poſſent afferre. Iamque ſuccubituri erant, cum Eumeniani praeter ſpem advecti, periculis fatiſcentes exemere. Poſt dierum pauxillum, cum ſtadiorum XL ſpatio caſtris caſtra diſtarent, uterque exercitum, iam de ſumma rerum diſceptaturi, ad proelium inſtruunt.

XL. Antigonus, diviſis in cornua equitibus, ſiniſtrum Pythoni committit, dextrum filio Demetrio, ubi & ipſe decernere conſtituerat. Peditatu autem in medio collo-

στήσας, παρέταξε παρ' ὅλην τὴν δύναμιν [1] τοὺς ἐλέφαντας, πληρώσας τὰ διαστήματα τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν. ὁ δὲ πᾶς ἀριθμὸς ἦν αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, πεζοὶ μὲν δισμύριοι δισχίλιοι, ἱππεῖς δ' ἐννακισχίλιοι, σὺν τοῖς ἐκ Μηδίας προσκαταγραφεῖσι· θηρία δὲ ἑξήκοντα καὶ πέντε. ὁ δ' Εὐμένης πυθόμενος τὸν Ἀντίγονον ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τετάχθαι μετὰ τῶν ἀρίστων ἱππέων, καὶ αὐτὸς ἀντετάξατο, ἐπὶ τὸ λαιὸν κέρας ἐπιστήσας τοὺς ἀρίστους. καὶ γὰρ τῶν σατραπῶν τοὺς πλείστους ἐνταῦθα κατέστησε μετὰ τῶν συναγωνιζομένων αὐτοῖς ἱππέων ἐπιλέκτων, καὶ αὐτὸς μετὰ τούτων ἔμελλε κινδυνεύειν. συνῆν δ' αὐτοῖς καὶ Μιθριδάτης, ὁ Ἀριοβαρζάνου μὲν υἱὸς, ἀπόγονος δ' [2] ἑνὸς τῶν ἑπτὰ Περσῶν τῶν συγκαθελόντων τὸν μάγον Σμέρδιν, ἀνὴρ ἀνδρείᾳ διαφέρων, καὶ τεθραμμένος ἐκ παιδὸς στρατιωτικῶς. πρὸ δὲ τοῦ κέρατος παντὸς ἔταξεν ἐν ἐπικαμπίῳ τοὺς κρατίστους τῶν ἐλεφάντων ἑξήκοντα, καὶ

Eumenis acies.

1 Edd. τοὺς δ' ἐλέφαντας πληρώσαντες.

2 Ἑνὸς deſit Reg. 2. Baſ. & mox τῶν συγκαθ. τ. μ. Σμέρδιν.

cato, elephantos univerſos aciei obtendit, velitibus intervalla explens. Totus copiarum numerus erat XXII M. peditum, & IX millia equitum praeter adſcriptos ex Media: belluae LXV. Eumenes, ubi dextrum cornu cum equitatu eximio Antigonum tenere cognovit, ſe illi oppoſuit, collocatis in laevo cornu optimis. Hîc enim pleroſque Satraparum, cum delectis equitibus, qui illis militabant, ſtatuit; & cum his ipſe proelio ſe committere volebat. Cum his etiam Mithridates Ariobarzanis filius erat, ex unius ſeptem illorum Perſarum, qui Smerdim Magum communi opera interemerant, proſapia genus ducens, vir eximiae fortitudinis, & militariter a puero educatus. Ante cornu vero totum elephantum optimos numero LX ordine inflexo, interiectis per interſtitia le-

τὰ διαστήματα τοῖς ψιλοῖς διέλαβε τάγμασι. τῶν δὲ πεζῶν πρώτους μὲν ἔταξε τοὺς ὑπασπιστὰς, εἶτα τοὺς Ἀργυράσπιδας, ἐπὶ πᾶσι δὲ τοὺς ξένους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς εἰς τὰ Μακεδονικὰ καθωπλισμένους, καὶ πρὸ τούτων ἐλέφαντας, καὶ τῶν ψιλῶν τοὺς ἱκανούς. ἐπὶ δὲ τὸ δεξιὸν κέρας τάξας τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐλεφάντων τοὺς ἀσθενεστέρους, ἀπέδειξεν ἡγεμόνα [1] πάντων τὸν Φίλιππον. τούτῳ δὲ διεκελεύσατο φυγομαχεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ θατέρου μέρους κρίσιν ἀποθεωρεῖν. οἱ δὲ σύμπαντες ἦσαν μετ' Εὐμένους κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν πεζοὶ μὲν τρισμύριοι ἑξακισχίλιοι [2] ἑπτακόσιοι, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχίλιοι [3] πεντήκοντα, ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν τεσσαρεσκαίδεκα.

Argyraſpidum praeco ad phalangem Antigoni praemiſſus.

μα'. Μικρὸν δὲ πρὸ τῆς παρατάξεως Ἀντιγένης ὁ τῶν Ἀργυρασπίδων στρατηγὸς ἔπεμψεν ἕνα τῶν Μακεδόνων ἱππέων ἐπὶ τὴν φάλαγγα τῶν ἐναντίων, [4] προσ-

1 Τῶν πάντων Φίλιππον iidem.
2 Ἑξακόσιοι ora Steph. Baſil. Quae ſequuntur de equitum numero non habet Baſil.
3 Ἑβδομήκοντα Reg. 1.
4 Deſunt τῶν ἐναντίων poſt προστάξας optime in Baſil. Reg 2. & Venet. Mox Ἀντιγόνου Baſil.

vis armaturae militibus, conſtituit. In pedeſtri agmine primos ordinavit ſcutatos: inde Argyraſpides: ad ultimum peregrinos, & ceteros ad Macedonicum armatos ritum; & ante hos elephantes, ac ferentariorum quantum ſatis foret. In cornu dextro equitatus & belluarum partem infirmiſſimam diſpoſuit: iiſque omnibus Philippum adhibuit ductorem. Hunc fugam inter pugnandum ſimulare, & quo pars altera dimicaret eventu, obſervare iuſſit. Univerſi autem, qui Eumenis tunc ductum ſequebantur, erant peditum XXXVI millia ſeptingenti, equitum VI millia quinquaginta, elephanti CXIV.

XLI. Paullo tunc ante conflictum, Argyraſpidum ductor Antigenes quendam ex equitatu Macedonico ad phalangem hoſtium miſerat, cum mandato, ut quam proxi-

τάξας πλησίον παραγενόμενον ἀναβοῆσαι. οὗτος δὲ προσιππεύσας μόνος εἰς φωνῆς ἀκοὴν, καθ' ὃ μέρος ἡ φάλαγξ ἦν τῶν παρ' Ἀντιγόνῳ Μακεδόνων, ἀνεβόησεν, Ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαὶ, τοὺς μετὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου τὰ ὅλα κατειργασμένους, οὓς μετ' ὀλίγον ὄψονται καὶ τῶν βασιλέων καὶ τῶν προγεγονότων ἀγώνων ἀξίους. καὶ γὰρ ἐτύγχανον κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν τῶν Ἀργυρασπίδων οἱ νεώτατοι μὲν περὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους μὲν περὶ τὰ ἑβδομήκοντα, τινὲς δὲ καὶ πρεσβύτεροι, πάντες δὲ ταῖς ἐμπειρίαις καὶ ταῖς ῥώμαις ἀνυπόστατοι. τοσαύτη [1] περὶ αὐτοὺς ἦν εὐχειρία καὶ τόλμα, διὰ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων. γενομένου δὲ τοῦ κηρύγματος, [2] καθότι προείρηται, παρὰ μὲν τοῖς περὶ Ἀντίγονον ἐγίνοντο φωναὶ δυσχερεῖς, ὅτι συναναγκάζοιντο πρὸς συγγενεῖς καὶ πρεσβυτέρους διαμάχεσθαι· παρὰ δὲ τοῖς μετ' Εὐμένους παραταττομένοις, παρακελευσμὸς

Plerique ſexagenarii & ſeptuagenarii.

1 Παρ' αὐτοῖς Reg. 1. ἐγχειρία Baſil. 2 Καθάπερ Reg. 1. Leid.

me advectus, quae praeſcripſerat, alta voce proclamaret. Is cum ſolus ad vocis auditum uſque adequitaſſet, qua parte Macedonica Antigoni phalanx erat, haec voce clamoſa edidit: Adverſus patres, o capita improba, qui cum Philippo & Alexandro res univerſas peregere: quos brevi poſt & regibus & certaminibus dignos cernetis. Per illud enim tempus aetate minimi Argyraſpidum plus minus ſexagenarii erant. Ceterorum plerique ſeptuagenarii, pars etiam grandiores, peritia & robore inſuperabiles cuncti: tam promtos manu & fidentes periculorum aſſiduitas illos fecerat. Praeconio ad eum modum, quem diximus, edito, moleſti a parte Antigoni ſermones iactabantur, quod cum ſanguine iunctis, & aetate maioribus, dimicare cogerentur. Ab Eumenis autem parte, dum acies inſtruitur, exhortatio & clamor erat, ut

καὶ βοῇ τὴν ταχίστην ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὧν Εὐμένης ὁρῶν τὴν προθυμίαν, ἦρε τὸ σύσσημον, δι᾽ ὧν παρεστήσατο τοὺς μὲν [1] σαλπιγκτὰς τὸ πολεμικὸν σημαίνειν, τὴν δὲ δύναμιν ἀλαλάξαι πᾶσαν.

Simul claſſicum canitur.

Pugna elephantorum & equeſtris.

μβ΄. Συνῆψε δὲ μάχην πρῶτον μὲν τὰ θηρία, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὸ τῶν ἱππέων πλῆθος. τοῦ δὲ πεδίου πολλὴν εὐρυχωρίαν ἔχοντος, καὶ παντὸς ὑπάρχοντος ἀργοῦ διὰ τὴν ἐν αὐτῷ διήκουσαν ἁλμυρίδα, τοσοῦτον συνέβη ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐξαίρεσθαι κονιορτὸν, ὥστε
[2] μηδένα δύνασθαι ῥᾳδίως συνορᾶν ἐξ ὀλίγου διαστήματος τὸ γινόμενον. ὃ δὴ κατανοήσας Ἀντίγονος, ἀπέστειλε τοὺς ἐκ Μηδίας ἱππεῖς καὶ τῶν Ταραντίνων τοὺς
[3] ἱκανοὺς ἐπὶ τὴν ἀποσκευὴν τῶν πολεμίων. ἤλπιζε γὰρ, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, διὰ μὲν τὸν κονιορτὸν λήσεσθαι, διὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς ἀποσκευῆς ἀκονιτὶ κρατῆσαι τῶν πο-

1 Σαλπιγκτὰς Baſil. Vat. Tum ἀλλάξαι Baſil.

2 Μηδένα Reg. 1. In edd. μή.

3 Κρατίστους Reg. 1. ora Steph. & Leid. Paullo ante ὃ δὴ εὖ κατανοήσας Reg. 1. Leid. non male.

quam citiſſime in hoſtem ducerentur. Quorum alacritatem videns Eumenes, ſignum tollit: eoque facto, tubicines claſſicum perſonant, & bellicus a toto exercitu clamor tollitur.

XLII. Initium pugnae belluae inter ſe commiſſae faciunt: poſt eas multitudo equitum concurrit. Campus autem ille vaſtiſſimus habebat amplitudinem, & propter ſalſuginem, per illam effundi ſolitam, totus erat incultus. Unde accidit, ut tantus ab equitatu pulvis excitaretur, ut, ſi quis paullulum abeſſet, quid fieret diſpicere non poſſet. Hoc obſervato Antigonus, equites ex Media, cum non mediocri Tarentinorum manu, ad impedimenta hoſtium mittit. Spem enim habebat, (id quod vere ſic futurum erat) rem ob pulverem celatum iri, ſeque impedimentis potitum, non magno labore hoſtes in

λεμίων. οἱ δὲ πεμφθέντες, περιϊππεύσαντες τὸ κέρας τῶν ἐναντίων καὶ λαθόντες, ἐπέθεντο τοῖς σκευοφόροις, ἀπέχουσι τῆς μάχης ὡς πέντε σταδίους. εὑρόντες δ' αὐτὴν πλήρη μὲν ὄχλου πρὸς μάχην ἀχρήστου, τοὺς δ' ἀμυνομένους ὀλίγους, ταχὺ τοὺς ἀντιστάντας τρεψάμενοι, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκυρίευσαν. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἀντίγονος μὲν συνάψας μάχην τοῖς ἀντιτεταγμένοις, καὶ μετὰ πλήθους ἱππέων ἐπιφανεὶς, κατεπλήξατο Πευκέστην τὸν τῆς Περσίδος σατράπην. ὃς μετὰ τῶν περὶ ἑαυτὸν ἱππέων ἔξω τοῦ κονιορτοῦ διδοὺς ἑαυτὸν, συνεπεσπάσατο καὶ τῶν ἄλλων εἰς χιλίους πεντακοσίους. Εὐμένης δὲ μετ' ὀλίγων [1] ἀπολειφθεὶς ἐπ' ἄκρου τοῦ κέρατος, τὸ μὲν εἶξαι τῇ τύχῃ καὶ [2] φυγεῖν αἰσχρὸν διέλαβε, τὸ δὲ τηροῦντα τὴν δεδομένην ὑπὸ τῶν βασιλέων πίστιν γενναίᾳ προαιρέσει συναποθανεῖν προκρίνας, ἐπ' αὐτὸν ἐώσατο τὸν Ἀντίγονον. γενομένης δὲ ἱππομαχίας καρτερᾶς, καὶ τῶν μὲν μετ'

1 Ἀποληφθεὶς Baſil. 2 Φεύγειν Leid.

poteſtatem redacturum. Miſſi igitur, ubi clam praetervecti fuerant adverſariorum cornu, calones & lixas, v circiter ſtadia a proelio diſtantes, invadunt. Plena autem turbae ad pugnam inutilis caſtra, & manum propugnatorum exiguam, invenerant. Ideo ſtatim in fugam compulſis, qui reſiſterent, ceteris omnibus potiuntur. Haec dum geruntur, Antigonus, conſerto cum hoſtibus proelio, cum denſo equitum globo conſpectus, Peuceſten, gubernatorem Perſiae, conterruit. Is cum equitatu ſuo ex pulvere ſe ſubducens, aliorum etiam ad MIↃ ſecum avulſit. Eumenes autem, cum paucis in extremo cornu relictus, fortunae cedere, fugamque arripere, turpe duxit; ſed fidem regibus datam ſervare, honeſtoque propoſito immori, honeſtius iudicans, in Antigonum impreſſionem fecit. Acris ergo conflictus ab equitatu initur: ubi ani-

Εὐμένους ταῖς προθυμίαις προεχόντων, τῶν δὲ μετ' Ἀντιγόνου τῷ πλήθει περιγινομένων, πολλοὶ παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον. ὅτε δὴ συνέβη καὶ τῶν ἐλεφάντων πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζομένων, πεσεῖν τῶν Εὐμένους τὸν προηγούμενον, συμπλακέντα τῷ κρατίστῳ τῶν ἀντιτεταγμένων. διόπερ Εὐμένης ὁρῶν τοὺς μετ' αὐτοῦ πανταχόθεν ἐλαττουμένους, ἐξῆγεν ἐκ τῆς μάχης τοὺς ὑπολελειμμένους ἱππεῖς, καὶ παρελθὼν ἐπὶ θάτερον κέρας, [1] ἀνελάμβανε τοὺς μετὰ Φιλίππου τεταγμένους, οἷς ἦν παρηγγελκὼς φυγομαχεῖν. ἡ μὲν οὖν τῶν ἱππέων μάχη τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

Eumeniani ſunduntur.

μγʹ. Τῶν δὲ πεζῶν οἱ μὲν Ἀργυράσπιδες, συμφράξαντες καὶ βιαιότερον τοῖς ἀντιτεταγμένοις [2] ἐπιπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειραν, τοὺς δὲ συνηνάγκασαν φυγεῖν. ἀκατάσχετοι δὲ ταῖς ὁρμαῖς γενόμενοι, καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν τῶν ἐναντίων φάλαγγα διαγωνισάμενοι, τοσοῦτον ταῖς εὐχειρίαις καὶ ῥώμαις

Pugna pedeſtris Argyraſpidum inſignis virtute.

1 Ἀνέλαβε Reg. 1. Leid. 2 Ἐπεισπεσόντες Reg. 1.

morum alacritate praeſtant Eumeniani, Antigoni autem pars multitudine ſuperant, caduntque utrinque multi. Quo tempore accidit, ut elephantis etiam inter ſe decertantibus, Eumenianorum is, qui agmen ducebat, cum oppoſitorum validiſſimo conſertus, occumberet. Videns igitur Eumenes ſuos undique fundi, quod reliquum erat equitum e pugna educit, & ad cornu alterum tranſgreſſus, Philippo adiunctos, quibus ut fugiendo pugnarent iniunctum fuerat, ad ſe recipit. Atque hunc finem tum equeſtre proelium habuit.

XLIII. In pedeſtri vero agmine Argyraſpides, conſtipata acie violentius adorti, hoſtes alios in conflictu peremere, alios in fugam compulerunt. Indomitus erat horum impetus. Qui licet cum univerſa hoſtium phalange decertarent, manuum tamen ſtrenuitate ac robore uſque

ὑπερεῖχον, ὥσθ' ἑαυτῶν μὲν ἀποβαλεῖν μηδένα, τῶν δ' ἐναντίων ἀνελεῖν μὲν ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους, τρέψασθαι δὲ τοὺς πεζοὺς πάντας, ὄντας πολλαπλασίους. Εὐμένης δὲ πυθόμενος τὴν μὲν ἀποσκευὴν ἡλωκέναι, τοὺς δ' ἱππεῖς τοὺς μετὰ Πευκέστου μὴ μακρὰν ἀπέχειν, ἐπεχείρησεν ἀθροίζειν ἅπαντας, καὶ πάλιν ἱππομαχεῖν πρὸς Ἀντίγονον. ἤλπιζε γὰρ, μάχῃ κρατήσας, οὐ μόνον τὴν ἰδίαν ἀποσκευὴν σώσειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν πολεμίων προσλήψεσθαι. τῶν δὲ περὶ τὸν Πευκέστην οὐχ ὑπακουόντων, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον πορρωτέρω τὴν ἀποχώρησιν ποιουμένων [1] ἐπί τινα τόπον, ἅμα δὲ καὶ νυκτὸς καταλαμβανούσης, ἠναγκάσθησαν εἶξαι τῷ καιρῷ. Ἀντίγονος δὲ τοὺς ἱππεῖς εἰς δύο μέρη διελόμενος, τοὺς μὲν αὐτὸς ἔχων ἐφήδρευε τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη, τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἀποθεωρῶν· τοὺς δ' ἄλλους παραδοὺς Πύθωνι, προσέταξεν ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀργυράσπισι μεμονωμένοις τῆς τῶν ἱππέων βοηθείας. Sed Antigonus inſtat equitatu.

1 Ἐπί τισι τόποις Reg. 1. & Leid.

adeo excellebant, ut nemine ſuorum amiſſo, ſupra v tamen millia hoſtium caederent, peditatumque omnem, numero longe ſuperiorem, in fugam coniicerent. Eumenes ubi capta impedimenta, & Peuceſten cum peditatu non procul eſſe accepit, omnes in unum contrahere, & certamine equeſtri denuo cum Antigono confligere inſtituit. Nam ſi pugna viciſſet, non ſua modo impedimenta ſe recuperaturum, ſed hoſticis inſuper auctum iri, ſperabat. Cum vero Peuceſtes minime auſcultans, in locum quendam longius inde ſe reciperet, tempori cedere coactus eſt. Tum Antigonus, equitatu in duas partes diviſo, ipſe cum una inſidias Eumeni parat, quorſum tendat, obſervans: alteram Pythoni tradit cum mandato, ut Argyraſpides, equitatus ſubſidio deſtitutos, aggredia-

Tandem Macedones, indignantes Peuceſtae ſegnitiam & Eumenis diſcordiam,

ταχὺ δ' αὐτοῦ τὸ προσταχθὲν συντελοῦντος, οἱ Μακεδόνες [1] εἰς πλινθίον ἑαυτοὺς ποιήσαντες, ἀσφαλῶς ἀπεχώρησαν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τῶν περὶ τὸν Πευκέστην κατηγόρουν, ὡς αἰτίων γεγενημένων τῆς τῶν ἱππέων ἥττης. καταντησάντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Εὐμένη περὶ λύχνων ἁφὰς, συνελθόντες [2] ἐβουλεύοντο τί χρὴ πράττειν. οἱ μὲν οὖν σατράπαι τὴν ταχίστην ἔφησαν δεῖν ἀποχωρεῖν εἰς τὰς ἄνω σατραπείας· ὁ δὲ Εὐμένης ἀπεφαίνετο μένειν καὶ διαγωνίζεσθαι, τῆς μὲν τῶν ἐναντίων φάλαγγος συντετριμμένης, τῆς δὲ τῶν ἱππέων δυνάμεως ἐφαμίλλου παρ' ἀμφοτέροις οὔσης. οἱ δὲ Μακεδόνες οὐδετέροις ἔφασαν ὑπακούσεσθαι, τῆς ἀποσκευῆς αὐτῶν ἡλωκυίας, καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις ὄντων τέκνων καὶ γυναικῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀναγκαίων σωμάτων. τότε μὲν οὖν διελύθησαν, οὐδεμίαν συμπεφωνημένην γνώμην βεβαιώσαντες· μετὰ δὲ ταῦθ' οἱ Μακεδόνες λάθρα διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ἀντίγονον,

ſponte ad Antigonum deficiunt,

1 Πλινθίον ἑαυτῶν idem. 2 Συνεβουλεύοντο Vat. & Baſil.

tur. Quo ſine mora id, quod iuſſus erat, exſequente, Macedones agmine in quadrum conformato ad flumen tuto ſe recipiunt, Peuceſtam criminantes, ut cladis auctorem, quam equitatus acceperat. Quo cum etiam Eumenes ſub primam facem perveniſſet, quid facto opus eſſet, inter ſe congreſſi deliberant. Satrapae, quamprimum in ſuperiores provincias regrediendum, ſuadere: at Eumenes manendum, & quia phalanx adverſariorum conciſa, & equitatus utrinque par eſſet, dimicandum cenſere. Macedones vero, quod & impedimenta capta, uxoreſque ac liberi, cum multis aliis neceſſitudine ſibi devinctis, in hoſtis poteſtate eſſent, neutris ſe morem geſturos, proteſtari. Et tunc quidem, cum in nullam concorditer ſententiam itum eſſet, digrediuntur. Poſtea Macedones, legatione clam ad Antigonum miſſa, correptum

τὸν μὲν Εὐμένη συναρπάσαντες παρέδωκαν· τὰς δ' ἀποσκευὰς κομισάμενοι, καὶ πίστεις λαβόντες, κατετάχθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον. τὸ παραπλήσιον δ' οἵ τε σατράπαι καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τε καὶ στρατιωτῶν οἱ πλεῖστοι τὸν στρατηγὸν ἐγκαταλιπόντες, τῆς ἰδίας ἀσφαλείας μόνον ἐφρόντισαν.

ipſumque Eumenem captum hoſti tradunt.

μδ'. Ἀντίγονος δὲ παραδόξως κυριεύσας τοῦ τ' Εὐμένους καὶ πάσης τῆς ἀντιτεταγμένης δυνάμεως, Ἀντιγένην μὲν τὸν τῶν Ἀργυρασπίδων ἡγούμενον συλλαβὼν, καὶ καταθέμενος εἰς [1] σειρὸν, ζῶντα κατέκαυσεν· Εὔδημον δὲ τὸν [2] ἐξ Ἰνδῶν καταγαγόντα τοὺς ἐλέφαντας, καὶ [3] Κελβανὸν, καί τινας ἄλλους τῶν ἀλλοτρίως ἀεὶ πρὸς αὐτὸν ἐχόντων ἀνεῖλεν. Εὐμένη δὲ παραδοὺς εἰς φυλακὴν, ἐβουλεύετο πῶς αὐτῷ χρηστέον εἴη. ἔσπευδε γὰρ ἔχειν μεθ' αὐτοῦ στρατηγὸν ἀγαθὸν καὶ χάριτος ὑπόχρεων. οὐ λίαν δ' ἐπίστευεν αὐτοῦ ταῖς

Cum alios duces, tum Eumenem, Antigonus ſupplicio affecit.

1 Σωρὸν Reg. 1. & Leid. Συρὸν Baſil.

2 Τῶν Ἰνδῶν ſine praepoſ. Leid.

3 Κεβαλὸν Reg. 1. Κεβανὸν Leid.

illi Eumenem tradunt, & recuperatis impedimentis, acceptaque fide, caſtris eius aggregantur. Conſimiliter etiam Satrapae, aliorumque ducum & militum pars maxima, imperatore deſerto, ſuae tantummodo incolumitati conſulebant.

XLIV. Ita, praeterquam opinatus fuerat, Antigonus tum Eumene, tum omni exercitu hoſtili, potitus, Antigenem Argyraſpidum ductorem comprehendit, vivumque in loculo conditum exuſſit. Eudemum vero, qui ex India elephantos adduxerat, & Celbanum, alioſque perpetuo ſibi infenſos, e medio ſuſtulit. At Eumene in cuſtodiam tradito, quid faciendum eo ſit, diſquirit. Nam ducem apud ſe bonum, & ad reddendum ſibi gratiam devinctum, habere quidem cupiebat; ſed propter ami-

ἐπαγγελίαις, διὰ τὴν πρὸς Ὀλυμπιάδα καὶ τοὺς βασιλεῖς φιλίαν. καὶ γὰρ πρότερον σωθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ Νῶρα τῆς Φρυγίας, οὐδὲν ἧττον τοῖς βασιλεῦσι προθυμότατα συνηγωνίσατο. ὁρῶν δὲ καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων ὁρμὴν ἀπαραίτητον οὖσαν πρὸς τὴν κατ᾽ Εὐμένους τιμωρίαν, ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα· διὰ δὲ τὴν προγεγενημένην φιλίαν καύσας τὸ σῶμα, καὶ καταθέμενος εἰς ἀγγεῖον τὰ ὀστᾶ, πρὸς τοὺς οἰκείους ἀπέστειλεν. ἀνήχθη δ᾽ ἐν [1] τοῖς τραυματίαις αἰχμάλωτος καὶ ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος Ἱερώνυμος ὁ Καρδιανὸς, ὃς τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον ὑπ᾽ Εὐμένους τιμώμενος διετέλεσε· μετὰ δὲ τὸν ἐκείνου θάνατον ὑπ᾽ Ἀντιγόνου ἐτύγχανε

His peractis, in Mediam rediit, caſtra habens apud Ecbatana,

φιλανθρωπίας καὶ πίστεως. ὁ δ᾽ Ἀντίγονος τὴν δύναμιν ἅπασαν ἀναλαβὼν εἰς Μηδίαν, αὐτὸς μὲν ἔν τινι κώμῃ παρεχείμασεν, οὔσῃ πλησίον Ἐκβατάνων, ἐν ᾗ τῆς χώρας ἐκείνης ἐστὶ τὰ βασίλεια· τοὺς δὲ στρατιώ-

1 Τοῖς ἑαλωκόσι Reg. 1. Leid. & margo Steph.

citiam, quae illi cum Olympiade regibuſque intercedebat, promiſſis viri non uſque adeo fidem habebat. Nam etiam prius ad Nora Phrygiae beneficio eius ſervatus, pro regibus quam promtiſſime nihilominus decertabat. Quare, ubi etiam Macedones inexorabili ſupplicium Eumenis cupiditate urgere vidit, hominem e vita ſuſtulit. Ob ſuperiorem tamen cum illo neceſſitudinem cadaver cremavit, oſſaque in vaſculo recondita, domeſticis eius tranſmiſit. Inter ſaucios tunc etiam Hieronymus Cardianus, hiſtoriarum ſcriptor, captivus fuerat abductus. Qui per antegreſſum tempus ab Eumene ſemper in pretio habitus, poſt interitum eius Antigoni etiam humanitatem fidemque expertus eſt. Hinc reducto in Mediam univerſo exercitu, Antigonus hiemavit in pago quodam, non procul Ecbatanis, ubi regia terrae illius; militemque per

τας ἐπιδιεῖλεν εἰς ἅπασαν τὴν σατραπείαν, καὶ μάλιστα εἰς τὴν ἐπαρχίαν τὴν προσαγορευομένην Ῥάγας, ἣ ταύτην τὴν προσηγορίαν ἔσχεν ἀπὸ τῶν γενομένων περὶ αὐτὴν ἀτυχημάτων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις. πλείστας γὰρ ἔχουσα πόλεις τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, καὶ [1] μάλιστα εὐδαιμονούσας, τηλικούτους ἔσχε σεισμοὺς, ὥστε καὶ τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἅπαντας ἀφανισθῆναι, καθόλου δὲ τὴν χώραν ἀλλοιωθῆναι, καὶ ποταμοὺς ἀντὶ τῶν προϋπαρχόντων ἄλλους φανῆναι, καὶ λίμνας.

& in eparchia Rhagae, terrae motibus clara.

με΄. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους συνέβη γενέσθαι περὶ τὴν [2] τῶν Ῥοδίων πόλιν τὸν τρίτον κατακλυσμὸν, ὃς πολλοὺς τῶν ἐνοικούντων διέφθειρεν. ὧν ὁ μὲν πρῶτος ὀλίγα τοῖς ἀνθρώποις ἐνώχλησεν, ὡς ἂν τῆς πόλεως οὔσης νεοκτίστου, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης. ὁ δὲ δεύτερος μείζων ἐγένετο, καὶ πλείω σώματα διέφθειρεν. ὁ δὲ τελευταῖος [3] ἐπέπεσε ἔαρος ἀρ-

Obiter diluvium ingens commemoratur, quo Rhodus per id tempus vaſtata eſt.

1 Μάλιστ' Baſil.
2 Τῶν omittit Baſil.
3 Ἔπεσε ἔαρος Leid. ſine inſerto, ut edd. μὲν, quod laudo.

totam huc illuc ſatrapiam diſtribuit, & maxime in praefecturam, quae Rhages appellatur. Id nominis obtinuit a calamitatibus, in ea ſuperiori tempore exortis. Cum enim urbes in tractibus illis haberet complures, eaſque apprime locupletes, tantos experta fuit tremores ſoli & concuſſiones, ut, quidquid urbium & incolarum ibi eſſet, abſorberetur, aliamque regio faciem indueret, nova etiam flumina & lacus veterum loco exorirentur.

XLV. Per illud tempus circa Rhodiorum urbem diluvium exſtitit, quod multos incolarum peſſum dedit. Inter ea diluvia primum non ita magnum hominibus nocumentum dedit, quod urbs tunc recens erat, & idcirco plus ſpatii habebat. Secundum vero maius fuit, multiſque exitium attulit. Poſtremum in veris initium incidit,

χομένου, καταῤῥαγέντων ἐξαίφνης μεγάλων ὄμβρων, καὶ χαλάζης ἀπίστου τὸ μέγεθος. [1] μναιαῖαι γὰρ ἔπιπτον, ἔστι δ' ὅτε καὶ μείζους, ὥστε πολλὰς μὲν τῶν οἰκιῶν συμπίπτειν διὰ τὸ βάρος, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυσθαι. θεατροειδοῦς δ' οὔσης τῆς Ῥόδου, καὶ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ὑδάτων κατὰ τὸ πλεῖστον εἰς ἕνα τόπον ποιουμένης, εὐθὺς τὰ ταπεινὰ τῆς πόλεως ἐπληροῦτο, τῶν μὲν ὀχετῶν, διὰ τὸ δοκεῖν παρεληλυθέναι τὸν χειμῶνα, κατημελημένων, τῶν δ' ἐν τοῖς
[2] τείχεσιν ὀβελίσκων συμφραχθέντων. τοῦ δ' ὕδατος παραδόξως ἀθροιζομένου, πᾶς μὲν ὁ περὶ τὸ Δεῖγμα
[3] καὶ τὸ Διονύσιον τόπος ἐπεπλήρωτο, πρὸς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἤδη τοῦ λιμνάζοντος τόπου προσιόντος, ἐκπλαγεῖς μὲν ἦσαν ἅπαντες, πρὸς δὲ τὴν σωτηρίαν διαφόροις ἐχρῶντο κρίσεσιν. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰς τὰ πλοῖα συνέφυγον, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ θέατρον ἀνέδραμον· τινὲς δὲ τῶν

1 Μναῖαι Baſil.
2 Τοίχοις Reg. 1.
3 Καὶ τὸ Διονύσιον Reg. 1. unde articulum reſtitui.

cum magni derepente imbres, & magnitudinis incredibilis grando, effunderentur. Minae enim pondo, & quandoque maiores, deciderant, ita ut pro gravitate harum domus corruerent, hominumque non pauci interirent. Et quia Rhodus ad theatri formam conſtructa, ad unum, ut maxime, locum defluxus aquarum habet, continuo depreſſiora urbis loca replebantur, eo quod aquagia, cum hiems iam exacta putaretur, neglecta, & tubi murorum obſtructi erant. Aquis igitur ſubito congregatis, omnis circa Deigma (quod vocatur) & Dionyſium (Bacchi fanum) tractus erat oppletus. Iamque ſtagnantis aquae copia ad Aeſculapii ſe attollente, omnes conſternati erant, & iudiciis de tuenda ſalute diſcrepabant. Alii enim ad naves refugere, alii in theatrum procurrere: qui-

περικαταλαμβανομένων ὑπὸ τοῦ δεινοῦ διαποροῦντες, ἐπὶ τοὺς ὑψηλοτάτους βωμοὺς καὶ τὰς τῶν ἀνδριάντων βάσεις προσανέβησαν. κινδυνευούσης δὲ τῆς πόλεως ἄρδην μετὰ τῶν κατοικούντων ἀπολέσθαι, βοήθειά τις αὐτόματος ἐγένετο. τοῦ γὰρ τείχους ῥαγέντος ἐπὶ πολὺν [1] τόπον, ἐξέπεσε ταύτῃ τὸ συνεστηκὸς ὕδωρ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ταχὺ πάλιν ἕκαστος εἰς τὴν προϋπάρχουσαν τάξιν ἀποκατέστη. συνήργησε δὲ τοῖς κινδυνεύουσι καὶ τὸ μεθ' ἡμέραν γενέσθαι τὸν κατακλυσμόν. οἱ γὰρ πλεῖστοι φθάσαντες ἐξεπήδησαν ἐκ τῶν οἰκιῶν εἰς τοὺς μετεώρους τόπους τῆς πόλεως. πρὸς δὲ τούτοις, τὸ μὴ πλινθίνας εἶναι τὰς οἰκίας, ἀλλὰ λιθίνας, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἐπὶ τὰ στέγη καταφυγόντας ἀσφαλῶς διασωθῆναι. ὅμως δὲ τηλικούτων ἀτυχημάτων γενομένων, σώματα μὲν διεφθάρη πλείω τῶν πεντακοσίων· οἰκίαι δὲ αἱ μὲν τελείως [2] ἔπεσον, αἱ δὲ διεσείσθησαν. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ῥόδον συμβάντα [3] τοιοῦτον ἔσχε τὸν κίνδυνον.

1 Τρόπον Baſil. 2 Ἔπεσαν Reg. 1. 3 Τοῦτον Reg. 1. & Leid.

dam a malo iam circumventorum, anxii trepidique aras celſiſſimas & ſtatuarum baſes conſcendere. Cum igitur periculum eſſet, ne urbs cum incolis funditus interiret, auxilium quoddam ultro ſubvenit. Muro enim ad longum effracto ſpatium, aquarum intrinſecus conſiſtentium vis in mare prorupit, & continuo in ſuum quiſque locum reſtituitur. Adiumento etiam hoc periclitantibus erat, quod interdiu haec inundatio exſiſtebat. Nam pars maxima ad loca urbis editiora exſiliebant. Ad haec, quod domus non ex latere, ſed lapide, conſtabant. Ideo qui in tecta perfugerant, citra gravius damnum evaſere. Sed tamen inter tantas calamitates ſupra 1○ corpora interierant, aediumque nonnullae prorſus conciderant, aliae foede concuſſae reſtabant. Et Rhodus quidem in tale periculum devenit.

Pythonem, res novas molientem, Antigonus ad ſe vocatum trucidat.

μστ'. Ἀντίγονος δὲ χειμάζων ἐν τῇ Μηδίᾳ, καὶ πυθόμενος Πύθωνα πολλοὺς τῶν ἐν τῇ χειμασίᾳ στρατιωτῶν ἐπαγγελίαις καὶ δωρεαῖς ἰδίους κατασκευάζειν, καὶ διανοεῖσθαι νεωτερίζειν, τὴν μὲν ἰδίαν προαίρεσιν ἐπεκρύψατο· προσποιηθεὶς δὲ ἀπιστεῖν τοῖς διαβάλλουσι, τούτοις μὲν πολλῶν ἀκουόντων ἐπετίμησεν, ὡς διϊστάνουσι τὴν φιλίαν, πρὸς δὲ τοὺς ἐκτὸς διέδωκε λόγον, ὅτι μέλλει καταλιπεῖν τῶν ἄνω σατραπειῶν στρατηγὸν [1] Πύθωνα, καὶ δύναμιν ἱκανὴν τὴν παρέξουσαν τὴν ἀσφάλειαν. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν, ἀξιῶν ἥκειν τὴν ταχίστην, ὅπως κατὰ πρόσωπον περὶ τῶν ἀναγκαίων κοινολογησάμενος, ταχέως τὴν ἐπὶ θάλασσαν κατάβασιν [2] ποιήσηται. ταῦτα δ' ἐμηχανήσατο, σπεύδων τῆς μὲν ἀληθοῦς ὑποψίας αὐτὸν ἀποστῆσαι, πεῖσαι δ' ὡς σατράπην καταλειφθησόμενον ἐλθεῖν εἰς χεῖρας. μετὰ βίας γὰρ συλλαβεῖν

1 Πείθωνα Baſil. Πύθωνα Reg. 1. Πίθωνα cett.

2 Ποιήσηται Reg. 1. Ποιήσαιντο vulgo. Tum paullo ante κοινολογησάμενος Reg. 2. & Baſil. pro vulgato κοινολογησάμενοι.

XLVI. Ceterum Antigonus, dum in Media hiemat, Pythonem complures militum in hibernis, qua promiſſis, qua etiam donis, ſibi devinctos reddere, noviſque animum rebus intendere cognoſcit. Propoſitum ergo ſuum occultans, deferentibus illum fidem ſe non habere ſimulat, eoſque multis audientibus, ut qui amicitiam inter ipſos divellant, obiurgat: ad externos interim rumorem didit, ſe Pythonem cum ſat valido ad defenſionem exercitu ſuperioribus provinciis ſatrapam eſſe relicturum. Literis quoque ad eum ſcriptis contendit, ut quamprimum ad ſe veniat, quo coram de neceſſariis cum eo collocutus, propediem ad mare deſcendat. Haec ideo commentus fuit, quod a vera illum ſuſpicione abducere, ac perſuadere homini cuperet, ut tanquam relinquendus illic ſatrapes in manus veniret. Vi enim capere virum,

οὐ ῥᾴδιον ἦν ἄνδρα καὶ παρ' Ἀλεξάνδρῳ προαγωγῆς δι' ἀρετὴν τετευχότα, καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν σατράπην μὲν ὄντα τῆς Μηδίας, πεπολιτευμένον δὲ πρὸς ἅπαν τὸ στρατόπεδον. ὁ δὲ Πύθων ἐτύγχανε μὲν ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς Μηδίας χειμάζων, καὶ πλῆθος ἤδη διεφθαρκὼς τῶν [1] ἐπαγγελομένων συναποστήσεσθαι. γραφόντων δ' αὐτῷ τῶν φίλων περὶ [2] τῶν Ἀντιγόνου προαιρέσεων, καὶ μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας, ἐξαπατηθεὶς κεναῖς προσδοκίαις, ἧκε πρὸς Ἀντίγονον. ὁ δὲ κυριεύσας τοῦ σώματος, καὶ κατηγορίαν ποιησάμενος ἐν τοῖς μετέχουσι τοῦ συνεδρίου, ῥᾳδίως κατεδίκασε, καὶ παραχρῆμα ἀπέκτεινε. συναγαγὼν δὲ τὸ στρατόπεδον εἰς ἕνα τόπον, σατράπην μὲν ἀπέδειξε τῆς Μηδίας Ὀροντοβάτην Μῆδον, στρατηγὸν δὲ Ἱππόστρατον, ἔχοντα πεζοὺς μὲν ξένους τρισχιλίους πεντακοσίους· αὐτὸς δὲ [3] παραλαβὼν τὴν δύναμιν, παρ-

Tum ſumto Ecbatanis argento, in Perſiam tendit.

1 Ἐπαγγελομένων Reg. 1. Edd. ἐπαγγελλομένων.
2 Τῆς -- προαιρέσεως Reg. 1. ora Steph. & Leid.
3 Ἀναλαβὼν Reg. 1. & Leid. cum ora Steph. Proxime vero καὶ ἱππεῖς πεντακοσίους Reg. 2.

qui etiam apud Alexandrum ob virtutem ad honores fuerat provectus, & tunc Mediae ſatrapiam adminiſtrans, operam ſuam univerſo exercitui probabat, facile non erat. Tunc vero Python hiberna in extremis Mediae partibus habebat, iamque plurimos corruperat, qui cum eo ſe defecturos pollicebantur. Cumque amici etiam, de voluntate Antigoni, datis ad eum literis, ſpes magnas oſtentarent, vana deceptus exſpectatione, ad Antigonum ſe contulit. Qui copiam eius nactus, in conſeſſu eiuſdem conſilii participum actionem illi intendit, ac facili negotio condemnatum illico necavit. Coactoque in unum locum exercitu, ſatrapam Mediae deſignavit Orontobatem Medum, ducem vero exercitus Hippoſtratum, qui ter mille & quingentos pedites habebat peregrinos. Ipſe,

ἦλθεν εἰς Ἐκβάτανα. ἐνταῦθα δὲ παραλαβὼν ἀσήμου [1] ἀργυρίου τάλαντα πεντακισχίλια, προῆγεν ἐπὶ τῆς Περσίδος, οὔσης τῆς ἀναβάσεως ὡς ἂν εἴκοσι ἡμερῶν εἰς τὸ βασίλειον, ὃ καλεῖται Περσέπολις.

Dum in itinere erat, Eumenis & Pythonis ſocii rebellant;

μζ΄. Τοῦ δ' Ἀντιγόνου καθ' ὁδὸν ὄντος, οἱ τοῦ Πύθωνος φίλοι καὶ μετεσχηκότες τῆς ἐπιβουλῆς (ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Μελέαγρος καὶ Μενοίτας) ἤθροισαν τοὺς πλανωμένους τῶν Εὐμένους τε καὶ Πύθωνος συνήθων, εἰς ὀκτακοσίους ἱππεῖς· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τὴν χώραν ἐλεηλάτουν τῶν μὴ βουλομένων συναφίστασθαι Μήδων, μετὰ δὲ ταῦτα, πυθόμενοι στρατοπεδεύειν τόν τε Ἱππόστρατον καὶ τὸν Ὀροντοβάτην, ἐπέθεντο νυκτὸς τῇ παρεμβολῇ· καὶ παρ' ὀλίγον μὲν ἐκράτησαν τῆς [2] ἐπιβολῆς, ὑπὸ δὲ τοῦ πλήθους κατισχυόμενοι, καί τινας τῶν στρατιωτῶν πείσαντες συναποστῆναι, πάλιν ἀπεχώρησαν· εὔζωνοι δ' ὄντες καὶ πάντες ἵπποις χρώμενοι, τάς τε καταδρομὰς ἀπροσδοκή-

multitudine tamen oppreſſi, partim caeſi, partim capti ſunt.

1 Ἀργύρου Leid. 2 Ἐπιβουλῆς Reg. 1.

aſſumtis copiis, ad Ecbatana progreditur; ubi argenti non ſignati quinque talentûm millibus acceptis, in Perſiam contendit. Aſcenſus autem ille ad regiam uſque, quae Perſepolis vocatur, dierum erat XX circiter.

XLVII. Interea dum iter facit Antigonus, Pythonis amici, & molitionis conſortes, (quorum nobiliſſimi Meleager & Menoetas) familiares Eumenis & Pythonis, diſpalantes circiter IↃ CCC equites congregant: initioque Medorum, qui ſimul deſciſcere nolebant, agros populantur. Hinc certiores facti, Hippoſtratum & Orontobatem caſtra metatos, noctu illa invadunt. Nec multum aberat, quin conatus ſucceſſum habuiſſet. Sed multitudine ſuperati, cum militum quoſdam ad communem pellexiſſent defectionem, retroceſſerunt. Quia vero expediti erant, omneſque equis utebantur, ex improviſo fe-

τους ἐποιοῦντο, καὶ τὴν χώραν ταραχῆς ἐπλήρωσαν. μετὰ δέ τινα χρόνον συγκλεισθέντες εἴς τινα τόπον κρημνοῖς περιεχόμενον οἱ μὲν αὐτῶν ἀνηρέθησαν, οἱ δ' ἐζωγρήθησαν. τῶν δὲ ἡγεμόνων Μελέαγρος καὶ ὁ Κράνης ὁ Μῆδος καί [1] τινες τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ὑποστάντες ἀνηρέθησαν. καὶ τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀποστάντας ἐν Μηδίᾳ τοιαύτην ἔσχε τὴν κατάστασιν.

μη'. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐπειδὴ τάχιστ' ἦλθεν εἰς τὴν Περσίδα, τιμῆς μὲν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἠξιώθη βασιλικῆς, ὡς ἂν κύριος ὢν ὁμολογουμένως τῆς Ἀσίας· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν φίλων συνεδρεύσας, ἐβουλεύετο περὶ τῶν σατραπειῶν. τὴν μὲν οὖν Καρμανίαν εἴασεν ἔχειν [2] Τληπόλεμον, καὶ τὴν Βακτριανὴν ὁμοίως Στασάνορα· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἦν τούτους δι' ἐπιστολῆς ἐκβαλεῖν, εὖ τὰ πρὸς τοὺς ἐγχωρίους πεπολιτευμένους, [3] καὶ πολλοὺς ἔχοντας συναγωνιστάς. εἰς δὲ τὴν Ἀρίαν ἀπέ-

In Perſia Antigonus, regio honore cultus, ſatrapias inter amicos diſtribuit.

1 Τινὲς ἀξιολόγων Baſil.

2 Τληπόλεμον optime Reg. 1. Leid. & margo Stephan. Edebatur Παμπόλεμον.

3 Καὶ πολλοὺς Baſil. Reg. uterque, Leid. Vulgo καὶ πολλὰς δυνάμεις καὶ πολλ. non ſine Steph. tamen nota.

cerunt incurſiones, & magnam in terra conſternationem excitarunt. Sed aliquanto poſt in locum praecipitiis circumdatum incluſi, partim caeſi, partim capti ſunt; ductores autem, Meleager & Cranes Medus, & de nobiliſſimis quidam alii, inter reſiſtendum occubuere. Rebellantium ergo per Mediam hic ſtatus fuit.

XLVIII. Antigonus vero quamprimum venit in Perſiam, regio ab incolis honore afficitur, ut qui citra controverſiam iam Aſiae dominus eſſet. Ibi convocato amicorum ſenatu, de ſatrapiis conſilia tractavit. Carmaniam ergo Tlepolemo, & Bactrianam Staſanori retinendam permiſit. Nam per mandatum hos expellere, cum erga indigenas probe ſe gererent, multoſque armorum ſocios haberent, haud facile erat. In Ariam Evitum miſit. Quo

στειλεν [1] Εὔιτον. τελευτήσαντος δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον, ἀντικατέστησεν Εὐαγόραν, ἄνδρα καὶ κατ' ἀνδρείαν καὶ σύνεσιν θαυμαζόμενον. Ὀξυάρτην δὲ τὸν Ῥωξάνης πατέρα τὴν ἐν Παροπαμισάδαις σατραπείαν εἴασεν ἔχειν, καθὰ καὶ πρότερον εἶχεν. οὔτε γὰρ τοῦτον ἦν ἐκβαλεῖν δυνατὸν ἄνευ χρόνου πολλοῦ καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς. μετεπέμψατο δὲ καὶ [2] Σιβύρτιον ἐξ Ἀραχωτῶν, εὖ διακείμενον τὰ πρὸς αὐτὸν, καὶ τήν τε σατραπείαν ἔχειν συνεχώρησε, καὶ τῶν Ἀργυρασπίδων συνέστησε τοὺς ταραχωδεστάτους, τῷ μὲν λόγῳ, πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας, τῷ δ' ἔργῳ, πρὸς ἀπώλειαν. κατ' ἰδίαν γὰρ ἐνετείλατο κατ' ὀλίγους αὐτῶν εἰς τοιαύτας χρείας ἀποστέλλειν, ἐν αἷς ἔμελλον ἀπολεῖσθαι. ἐν δὲ τούτοις εἶναι συνέβαινε καὶ τοὺς Εὐμένη παραδόντας, ὥστε τῶν εἰς τὸν στρατηγὸν παρανομημάτων συντόμως αὐτοῖς ἐπιστῆναι τιμωρίαν. αἱ γὰρ ἀσεβεῖς

1 Εὔετον Reg. 1.
2 Σιβύρτιον Reg. 1. Baſil. Leid. Vat. Σιβύριτον edd. Mox γὰρ ante ἐνετείλατο negligit Baſil.

brevi poſt mortuo, Evagoram ſuffecit, virum ob fortitudinem & prudentiam admirandum. Oxyartem quoque, Rhoxanes parentem, quae in Paropamiſadis eſt, ſatrapiam habere ſivit, ut prius habuerat. Nam neque hunc, niſi per longum temporis intervallum & cum inſtructiſſimo exercitu eiicere poterat. Sibyrtium etiam, bene ſibi cupientem, ex Arachotis arceſſivit, & ſatrapiam concedens, Argyraſpidum turbulentiſſimos ei commendavit; verbo quidem ad uſus belli, at re ipſa ad interitum. Privatim enim iniunxerat, ut paullatim ad eos belli uſus ipſos amandaret, in quibus perituri eſſent. Contigit autem, ut in horum numero quoque eſſent, qui Eumenem dediderant: ut patrati in imperatorem ſuum ſceleris brevi ultio de perfidis exigeretur. Operae enim cum impie-

χρεῖαι τοῖς μὲν δυνάσταις διὰ τὴν ἐξουσίαν γίνονται λυσιτελεῖς, τοῖς δ' ὑπακούσασιν ἰδιώταις μεγάλων κακῶν ὡς ἐπίπαν αἴτιαι καθίστανται. [1] ὁ δ' οὖν Ἀντίγονος, ὁρῶν τὸν Πευκέστην παρὰ τοῖς Πέρσαις μεγάλης ἀποδοχῆς τυγχάνοντα, τὸ μὲν πρῶτον [2] παρείλετο τὴν σατραπείαν αὐτοῦ. τῶν δὲ ἐγχωρίων ἀγανακτούντων, ἑνὸς δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων Θεσπίου καὶ παῤῥησίαν ἀγαγόντος, ὡς οὐχ ὑπακουσομένων Περσῶν ἑτέρῳ, τοῦτον μὲν ἀπέκτεινεν, Ἀσκληπιόδωρον δὲ κατέστησε τῆς Περσίδος ὕπαρχον, καὶ τοὺς ἱκανοὺς στρατιώτας παρέδωκε. Πευκέστην δ' εἰς ἄλλας ἐλπίδας ἀγαγὼν, καὶ κενῶς μετεωρίσας, ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας. ποιουμένου δ' αὐτοῦ τὴν πορείαν ἐπὶ Σούσων, ἀπήντησεν αὐτῷ [3] ἐπὶ τῷ Πασιτίγριϊ ποταμῷ Ξενόφιλος ὁ κυριεύων τῶν ἐν Σούσοις χρημάτων, ἀπεσταλμένος ὑπὸ Σελεύκου πᾶν ποιῆσαι τὸ προστασσόμενον. τοῦτον μὲν οὖν προσδεξάμενος, προσεποιεῖτο τιμᾶν ἐν τοῖς μεγίστοις

Praeter opes Suſianas ingentem pecuniarum vim recipit.

1 Ὁ δ' Ἀντίγονος Reg. 1.
2 Παρείλατο idem.
3 Ἐν Πασιτίγριϊ Reg. 1. & Leid. Πασιτίγρι alii. Mox ποιήσειν Baſ.

tate coniunctae principibus quidem ob poteſtatem utiles evadunt, ſed privatis, a quibus navantur, ingentia ut plurimum mala creant. Antigonus porro videns, in magna apud Perſas gratia eſſe Peuceſtam, ſatrapiam ante omnia illi ademit. Hoc indigne ferentibus indigenis, cum Theſpias quidam ex illuſtriſſimis unus liberius contradiceret, non admiſſuros imperium alterius Perſas; huic vitam ademit. Aſclepiodorum vero, non mediocri inſtructum manu, Perſiae dedit praefectum; Peuceſtamque ad ſpes alias translatum, & vana arrectum perſuaſione, e regione eduxit. Ibi dum iter Suſa verſus habet, ad Paſitigrim fluvium Xenophilus, opes Suſianas in poteſtate habens, illi occurrit: quem Seleucus ad quaevis imperata faciendum miſerat. Hunc ſuſceptum inter ſummos

τῶν φίλων, εὐλαβούμενος μὴ μετανοήσας πάλιν αὐτὸν ἀποκλείσῃ. αὐτὸς δὲ παραλαβὼν τὴν ἐν Σούσοις ἄκραν, κατέλαβεν ἐν αὐτῇ τήν τε χρυσῆν ἀναδενδράδα, καὶ πλῆθος ἄλλων κατασκευασμάτων, πάντων συναγομένων εἰς μύρια [1] καὶ πεντακισχίλια τάλαντα. ἠθροίσθη δ᾽ αὐτῷ καὶ ἄλλο πλῆθος [2] χρημάτων ἔκ τε τῶν στεφάνων καὶ τῶν ἄλλων δωρεῶν, ἔτι δὲ ἐκ τῶν λαφύρων. ταῦτα γὰρ ἦσαν πεντακισχίλια τάλαντα, καὶ κατὰ τὴν Μηδίαν ἄλλα τοσαῦτα, χωρὶς τῶν ἐν Σούσοις θησαυρῶν· ὥστε τὰ πάντα συναχθῆναι τάλαντα δισμύρια πεντακισχίλια. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀντίγονον ἐν τούτοις ἦν.

In Europa interim Pydnae obſidio eo continuata,

μθ΄. Ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν πραχθέντα, μεταβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, καὶ τὰ συνεχῆ τῶν προειρημένων [3] διέξιμεν. ὁ γὰρ Κάσσανδρος εἰς Πύδναν τῆς Μακεδονίας συγκεκλεικὼς Ὀλυμπιάδα, προσβολὰς μὲν τοῖς τείχεσιν ἠδυνάτει ποιεῖσθαι, διὰ τοὺς χειμῶνας· περιστρατοπεδεύσας δὲ

1 Abeſt a Baſil. 2 Χρυσοῦ Venet. 3 Διεξίημεν Baſil.

ſe colere amicos ſimulabat, ne mutato animo rurſus ſeſe excluderet, metuens. Ipſe, occupata Suſorum arce, vitem inibi auream, operumque aliorum copiam, ad quindecim millium talentûm aeſtimationem, nactus eſt. Conflata ipſi fuit etiam alia pecuniarum vis e coronis, ceteriſque donis & manubiis, ad v talentûm millia, & totidem per Mediam collecta, praeter theſauros Suſianos: ita ut in ſumma viginti quinque millia talentûm conficerentur. Et res tum Antigoni in hoc erant ſtatu.

XLIX. Poſtquam vero res per Aſiam geſtas exegimus, ſtilum ad Europam transferemus, & connexa cum ſuperioribus perſequemur. Caſſander, intra Pydnam Macedoniae concluſa Olympiade, propter hiemem muros oppugnare non poterat. Caſtris ergo circumfuſis urbi,

τὴν πόλιν, καὶ χάρακα βαλόμενος ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν, ἔτι δὲ ἐφορμῶν τῷ λιμένι, πάντα βουλόμενον ἐπικουρῆσαι διεκώλυε. ταχὺ δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἐξαναλωθέντων, τοσαύτην περὶ τοὺς ἔνδον κατεσκεύασεν ἔνδειαν, ὥστ' ἐκλυθῆναι τὸ παράπαν. εἰς τοῦτο γὰρ ἦλθον ἀνάγκης, ὥστε τῷ μὲν στρατιώτῃ σιτομετρεῖν χοίνικας πέντε τοῦ μηνὸς, τοῖς δ' ἐλέφασι τοῖς κατακλεισθεῖσι διδόναι πρίοντας τὰς δοκοὺς, τὰ δ' ὑποζύγια καὶ τοὺς ἵππους κατακόψαι πρὸς διατροφήν. τοιαύτης δὲ περιστάσεως κατεχούσης τὴν πόλιν, καὶ τῆς Ὀλυμπιάδος [1] ἔτι προσανεχούσης ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσιν, οἱ μὲν ἐλέφαντες ὑπὸ τῆς ἐνδείας διεφθάρησαν· τῶν δ' ἱππέων οἱ μὲν [2] ἔξω τάξεως ὄντες, οὐ σιτομετρούμενοι τὸ παράπαν, σχεδὸν ἅπαντες ἐτελεύτησαν, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν τῆς ὁμοίας καταστροφῆς ἔτυχον. ἔνιοι δὲ τῶν βαρβάρων, τῆς φύσεως κατισχυούσης τὴν εὐλάβειαν, ἐσαρκοφάγουν, ἀναλεγόμενοι τὰ

utOlympias cum ceteris obſeſſis inopiae famiſque mala omnia toleraret.

1 Ἔτι ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσι καραδοκούσης &c. Reg. 1. & Leid. Paullo ante καὶ τοὺς ἵππους κατακόψ. Reg. 2. Edebatur ἱππεῖς, abſurde.

2 Ἔξω τάξεως Reg. 1. In cett. ἔξωθεν.

valloque a mari ad mare iacto, & occupato ſtationibus portu, omnes ſubſidiis ferendis intentos prohibebat. Et abſumtis actu rerum neceſſariis, tantam apud obſeſſos indigentiam effecit, ut prorſus vires illorum exhaurirentur. Nam eo venerunt neceſſitatis, ut quinae in menſem choenices militi attribuerentur, elephantis autem trabes ſerra comminutas exhiberent, iumenta denique & equos in cibos ſibi mactarent. Hoc urbis ſtatu, dum Olympias adhuc externis auxiliis ſpe ſua inhiat, elephantes tandem fame contabeſcunt: & equites extraordinarii, cum nullum omnino frumenti demenſum acciperent, prope omnes intereunt, nec pauci militum eundem ſortiuntur vitae exitum. Barbarorum autem nonnulli, natura reformidationem ſuperante, cadaveribus morientium, ſublatis

σώματα τῶν ἀποθνησκόντων. ταχὺ δὲ τῆς πόλεως πληρουμένης νεκρῶν, οἱ προεστηκότες τοῦ περὶ τὴν βασίλισσαν συστήματος, τὰ μὲν κατώρυττον τῶν σωμάτων, τὰ δ᾽ ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἐξεῤῥίπτουν, [1] ὥστ᾽ εἶναι καὶ τὴν θέαν τὴν τούτων ἀπεχθῆ, καὶ τὴν δυσωδίαν [2] ἀνυπομόνητον, μὴ μόνον γυναιξὶ βασιλίσσαις καὶ τρυφῆς οἰκείαις, ἀλλὰ καὶ τῶν στρατιωτῶν τοῖς εἰωθόσι κακοπαθεῖν.

Obſeſſorum multi ad Caſſandrum transfugiunt.

ν΄. Τοῦ δ᾽ ἔαρος ἀρχομένου, καὶ τῆς ἐνδείας [3] ἀεὶ μᾶλλον αὐξανομένης, συνέδραμον πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα παρεκάλουν αὐτοὺς ἀφεῖναι διὰ τὴν ἀπορίαν. ἡ δὲ, οὔτε σιτομετρεῖν αὐτοὺς δυναμένη τὸ παράπαν, οὔτε τὴν πολιορκίαν λῦσαι, συνεχώρησεν ἀπαλλάττεσθαι. ὁ δὲ Κάσσανδρος, προσδεξάμενος ἅπαντας τοὺς αὐτομολήσαντας, καὶ φιλανθρώπως χρησάμενος, διαπέστειλεν ἐπὶ τὰς πόλεις. ἤλπιζε γὰρ παρὰ τούτων πυθομένους τοὺς Μακεδόνας τὴν Ὀλυμπιάδος ἀσθένειαν, [4] ἀπελπιεῖν αὐτῆς τὰ πράγ-

1 Ὣς εἶναι Reg. 1. Leid.
2 Ἀνυπομένητον Baſil. Vat.
3 Ἀεὶ non invenit in ſuo Leid.
4 Ἀπελπίσειν Reg. 1.

carnibus illorum, veſcuntur. Oppido igitur mox cadaveribus repleto, regii agminis praefecti alia inhumare, alia trans moenia proiicere; uſque adeo, ut non modo reginis, delicatae vitae aſſuetis, ſed etiam militibus, qui aerumnas perferre didicerant, tum adſpectus illorum averſabilis, tum etiam foetor haud tolerandus eſſet.

L. Iamque ver inibat, cum invaleſcente in dies penuria, militum complures inter ſe conſociati Olympiadem rogarunt, ut per extremam hanc inopiam ſeſe dimitteret. Quae dum nihil omnino frumenti illis admetiri, neque obſidione ſe exſolvere poteſt, abitum illis conceſſit. Omnes ergo transfugas humaniter acceptos Caſſander, huc illuc ad oppida dimiſit. Macedones enim, infirmitate Olympiadis cognita, res eius pro deploratis ha-

ματα. εὖ κακῶς δ' αὐτοῦ στοχασαμένου περὶ τοῦ μέλλοντος, οἱ μὲν συναγωνίζεσθαι [1] διεγνωκότες τοῖς πολιορκουμένοις μετενόησαν, καὶ πρὸς Κάσσανδρον [2] ἀπέκλινον· μόνοι δὲ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν εὔνοιαν διεφύλαξαν Ἀριστόνους καὶ Μόνιμος· ὧν Ἀριστόνους μὲν Ἀμφιπόλεως [3] ἐκυρίευεν, ὁ δ' ἕτερος Πέλλης. ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ὁρῶσα τοὺς μὲν πλείους [4] μεταθεμένους πρὸς Κάσσανδρον, τοὺς δ' ὑπολοίπους τῶν φίλων οὐκ ἰσχύοντας βοηθεῖν, ἐπεχείρησε πεντήρη ναῦν κατασπᾶν, καὶ διὰ ταύτης [5] αὐτήν τε καὶ τοὺς φίλους σώζειν. αὐτομόλου δέ τινος τὸ γινόμενον ἀπαγγείλαντος τοῖς πολεμίοις, ὁ μὲν Κάσσανδρος ἐπιπλεύσας ἐκυρίευσε τοῦ σκάφους, ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ἀπογνοῦσα τὰ καθ' αὐτὴν, πρέσβεις ἐξέπεμψε περὶ διαλύσεων. [6] οἰομένου δὲ δεῖν τοῦ Κασσάνδρου, τὰ καθ' αὐτὴν ἐπιτρέπειν, μόγις

In ſumma anguſtia Olympias navi aufugere conata capitur.

1 Exſulat e Baſil.

2 Ἀπεχώρησαν Baſ. Reg. 2. Vat. Ven. Alterutrum gloſſa eſt.

3 Ἐκυρίευσεν Baſil.

4 Deſit Leid.

5 Αὐτήν τε Baſil.

6 Οἰομένου --- τοῦ Κασσάνδρου τὰ καθ' αὐτὴν ἐπιτρ. Baſil. Reg. 2. Vat. In cett. Οἰομένης δὲ δ. τὰ κ. α. ἐπιτρ. τῷ Κασσάνδρῳ.

bituros, ſperabat. Quod & haud male coniecturavit futurum. Nam qui iam ſuppetias circumſeſſis decreverant, conſilio mutato, ad Caſſandrum ſe applicarunt. Soli omnium Macedonum Ariſtonous & Monimus in benevolentia erga Olympiadem perſtiterunt: quorum ille Amphipolin, hic Pellam in poteſtate habebat. Olympias tandem, plurimos ad Caſſandrum tranſire, ac reliquos amicorum ſuppetiis ferendis impares eſſe cernens, quinqueremi in mare detracta, ſemet & neceſſarios periculis eximere conatur. Verum transfugae indicio re hoſtibus detecta, Caſſander illuc advectus navigio potitur. Olympias igitur, de rebus ſuis deſperans, legationem de pacificatione mittit. Cumque arbitrio victoris ſe permittendam Caſſander cenſuiſſet, aegre obtinuit, ut corporis

ἔπεισεν, ὥστε μόνην ἐξαίρετον λαβεῖν τὴν τοῦ σώματος ἀσφάλειαν. Κάσσανδρος δὲ κυριεύσας τῆς πόλεως, ἐξέπεμψε τοὺς παραληψομένους τήν τε Πέλλαν καὶ τὴν Ἀμφίπολιν. ὁ μὲν οὖν τῆς Πέλλης κυριεύων Μόνιμος, ἀκούσας τὰ συμβάντα περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα, παρέδωκε τὴν πόλιν· ὁ δ᾽ Ἀριστόνους τὸ μὲν πρῶτον ἀντέχεσθαι τῶν πραγμάτων διεγνώκει, στρατιώτας τε συχνοὺς ἔχων καὶ προσφάτως εὐημερηκώς. ὀλίγαις γὰρ ἔμπροσθεν ἡμέραις παραταξάμενος πρὸς τὸν Κασσάνδρου στρατηγὸν [1] Κρατεύαν, τοὺς πλείστους μὲν ἀνεῖλε τῶν ἀντιταχθέντων, αὐτὸν δὲ τὸν Κρατεύαν μετὰ δισχιλίων φυγόντα τῆς Βισαλτίας εἰς [2] Βέδυν διαστρατοπεδεύσας ἐξεπολιόρκησε καὶ τὰ ὅπλα παρελόμενος ὑπόσπονδον ἀφῆκε. διὰ δὲ ταῦτα ἐπαιρόμενος, καὶ [3] τὸν Εὐμένη ζῶντα ἡγούμενος, ἔτι δὲ τοὺς περὶ Ἀλέξανδρον καὶ Πολυσπέρχοντα νομίζων συνεπιλήψε-

Tum alias quoque Macedoniae urbes in fidem recepit Caſſander.

1 Haec uſque in Κρατεύαν μετὰ omiſit negligentia librarii Baſil.

2 Βεδυνδία περιστρατοπεδ. Baſil. Κέδην διαπεριστρατοπεδεύσας Reg. 1. Leid. Eadem Stephan. margo, ſed pro poſteriori Κέδυν.

3 Τὸν Εὐμένους θάνατον ἔτι δὲ τοὺς Vat. Baſil. τὸν Εὐμ. θάνατον οὐ πυθόμενος (ἐγνοῦν Reg. 2.) Ven. Reg. 2.

tantummodo incolumitatem haberet exemtam. Hac urbe potitus Caſſander, qui Pellam & Amphipolim quoque reciperent, miſit. Monimus ergo, qui Pellam tenebat, ſtatu Olympiadis cognito, urbem dedidit. Ariſtonous vero regiam tutari cauſam initio ſtatuerat, cum & multos in armis haberet, & nuper felicem habuiſſet ſucceſſum. Paucis enim diebus ante acie cum Crateua duce Caſſandri collata, plurimos hoſtium ceciderat, ipſumque Crateuam, cum duobus millibus in Biſaltiae urbem Bedym fuga elapſum, copiis eo translatis obſederat, & expugnatum, armiſque exutum, data acceptaque fide dimiſerat. His rebus elatus, dum Eumenem quoque ſupereſſe arbitratur, Alexandrique & Polyſperchontis au-

σθαι, τὴν Ἀμφίπολιν οὐκ ἔφη παραδώσειν. ἐπεὶ δὲ ἔγραψε πρὸς αὐτὸν Ὀλυμπιὰς, ἀπαιτοῦσα τὴν πίστιν καὶ κελεύουσα παραδοῦναι, διαλαβὼν ἀναγκαῖον εἶναι τὸ προστασσόμενον ποιεῖν, τήν τε πόλιν ἐνεχείρισε, καὶ τὰ πιστὰ περὶ τῆς ἀσφαλείας ἔλαβεν.

να΄. Ὁ δὲ Κάσσανδρος ὁρῶν περὶ τὸν Ἀριστόνουν ὑπάρχον ἀξίωμα, διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴν, καὶ σπεύδων ἐκ ποδῶν ποιεῖν τοὺς δυναμένους νεωτερίζειν, ἐπανεῖλε τὸν ἄνδρα διὰ τῶν Κρατεύα συγγενῶν. προετρέψατο δὲ καὶ τοὺς οἰκείους τῶν ἀνῃρημένων ὑπ' Ὀλυμπιάδος ἐν κοινῇ τῶν Μακεδόνων ἐκκλησίᾳ κατηγορεῖν τῆς προειρημένης γυναικός. ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν, καὶ τῆς μὲν Ὀλυμπιάδος οὔτε παρούσης, οὔτε ἐχούσης τοὺς ἀπολογησομένους, οἱ μὲν Μακεδόνες κατεγίνωσκον αὐτῆς θάνατον· ὁ δὲ Κάσσανδρος πέμψας τινὰς τῶν φίλων πρὸς τὴν Ὀλυμπιάδα, Olympias occiſa una cum Ariſtonoo, duce copiarum.

xilia ſibi non defutura ſperat, Amphipolim ſe traditurum negat. Simulac vero per literas Olympias fidem ab eo datam repoſcens, urbem reſtituere iuſſit, imperatis obſequendum arbitratus, & urbem tradidit, & incolumitatis fidem accepit.

LI. Sed Caſſander, in magna illum dignatione ob honores ab Alexandro tributos eſſe videns, cum alias e medio tollere, quicunque novi quidpiam moliri poſſent, maturaret, propinquorum Crateuae opera hunc etiam interfecit. Tum conſanguineos ab Olympiade ſublatorum inſtigavit, ut in omnium Macedonum conventu mulierem accuſarent. Hi mandatis conficiendis operam navant ſedulam; ac licet neque adeſſet Olympias, neque qui cauſam pro ſe agerent, haberet, Macedones tamen capite multandam decernunt. Ibi miſſis ad Olympiadem qui-

συνεβούλευε λάθρα φυγεῖν, ἐπαγγελλόμενος αὐτῇ ναῦν παρασκευάσειν, καὶ διακομιεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας. τοῦτο δ' ἔπραττεν, οὐ τῆς σωτηρίας προνοούμενος, ἀλλ' ἵνα καθ' αὑτῆς φυγὴν [1] καταγνοῦσα, καὶ διαφθαρεῖσα κατὰ τὸν πλοῦν, δόξῃ δικαίᾳ περιπεπτωκέναι τιμωρίᾳ. εὐλαβεῖτο γὰρ ἅμα καὶ τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα, καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων εὐμετάβολον. τῆς δὲ Ὀλυμπιάδος οὐ φαμένης φεύξεσθαι, [2] τοὐναντίον δ' ἑτοίμης οὔσης ἐν πᾶσι Μακεδόσι κριθῆναι, ὁ Κάσσανδρος φοβηθεὶς μήποτε τὸ πλῆθος ἀκοῦον τῆς βασιλίσσης ἀπολογουμένης, καὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου πρὸς ἅπαν ἔθνος εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενον μετανοήσῃ, διακοσίους τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἀπέστειλε πρὸς αὐτὴν, προστάξας ἀνελεῖν τὴν ταχίστην. οὗτοι μὲν οὖν παρεισπεσόντες εἰς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἶδον τὴν Ὀλυμπιάδα, καταιδεσθέντες τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα, πάλιν ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι. οἱ δὲ τῶν

1 Ἀπογνοῦσα Leid. 2 Τοὐναντίον δ' οὔσης ἐκείνης ἑτοίμης Leid.

buſdam amicorum, ut clam ſe ſubducat, conſulit; ſe navi ad hoc parata Athenas deportaturum illam pollicitus. Id vero non ideo factum, ut ſaluti eius conſuleret; ſed ut fuga ſe dignam profeſſa, ſi inter navigandum periiſſet, iuſtam incurriſſe ultionem putaretur. Nam & dignitatem eius, & inconſtantiam Macedonum, reformidabat. Olympias contra fugituram ſe negavit, & ad dicendam apud omnes Macedones cauſam eſſe paratam, reſpondit. Metuens igitur Caſſander, ne ſi vulgus reginae defenſionem audiret, & Alexandri Philippique in totam gentem merita recordaretur, animos mutaret, ducentos milites rei maxime accommodatos ad illam mittit, abſque mora necem mulieri afferre iuſſos. Qui ſubito in regiam domum irruptione facta, ubi Olympias in conſpectum venit, maieſtatem eius reveriti, negotio

ἀνῃρημένων συγγενεῖς, Κασσάνδρῳ τε χαρίζεσθαι βουλόμενοι καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ἀμῦναι, κατέσφαξαν τὴν βασίλισσαν, οὐδεμίαν ἀγεννῆ καὶ γυναικείαν προεμένην ἀξίωσιν. Ὀλυμπιὰς μὲν οὖν, μέγιστον τῶν καθ' αὐτὴν ἐσχηκυῖα ἀξίωμα, καὶ γεγενημένη θυγάτηρ μὲν Νεοπτολέμου τοῦ βασιλέως τῶν Ἠπειρωτῶν, ἀδελφὴ δὲ Ἀλεξάνδρου [1] τοῦ στρατεύσαντος εἰς Ἰταλίαν, ἔτι δὲ γυνὴ μὲν Φιλίππου τοῦ πλεῖστον ἰσχύσαντος τῶν πρὸ αὐτοῦ κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστευσάντων, μήτηρ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ πλεῖστα καὶ [2] κάλλιστα κατεργασαμένου, τοιαύτης καταστροφῆς ἔτυχε.

νβ΄. Κάσσανδρος δὲ, κατὰ νοῦν αὐτῷ τῶν πραγμάτων προχωρούντων, περιελάμβανε ταῖς ἐλπίσι τὴν [3] Μακεδόνων βασιλείαν. διὸ καὶ Θεσσαλονίκην ἔγημε, τὴν Φιλίππου μὲν θυγατέρα, Ἀλεξάνδρου δὲ ἀδελφὴν

Poſt haec Caſſander Theſſalonicen, Philippi filiam, matrimonio ſibi iungit:

1 Τοῦ στρατεύσαντος Reg. uterque Baſ. Leid. In edd. τοῦ βασιλεύσαντος καὶ στρατεύσαντος, non ſine Steph. aſteriſco.
2 Κάλλιστα Reg. uterque, Vat. Leid. Steph. ora. μάλλιστα Venet. Vulgo μέγιστα.
3 Μακεδονίαν καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς. διὸ καὶ Venet. cum Steph. marg.

infecto pedem retulere. At occiſorum propinqui, ut & gratiam apud Caſſandrum inirent, & necem ſuorum ulciſcerentur, reginam iugularunt: quae tamen nihil ignavae muliebriſque precis emiſit. Ad hunc ergo modum Olympias, quae maximam inter ſuae aetatis feminas dignitatem obtinuerat, & Neoptolemi regis Epirotarum filia, Alexandri, qui expeditionem in Italiam ſuſcepit, ſoror, Philippi, qui potentia cunctos ante ſe Europae principes vicit, uxor, Alexandri denique, quo nemo plures pulchrioreſve res geſſit, mater fuerat, vitam ſuam finivit.

LII. Caſſander ergo, dum ex animi ſententia negotium procedit, ſpe regnum Macedoniae complectitur. Ideo Theſſalonicen Philippi filiam, & Alexandri ex eodem pa-

ὁμοπάτριον, σπεύδων οἰκεῖον αὐτὸν ἀποδεῖξαι τῆς βασιλικῆς συγγενείας. ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς [1] Παλλήνης, ὁμώνυμον αὑτοῦ, Κασσάνδρειαν, [2] εἰς ἣν τάς τε ἐκ τῆς Χερρονήσου πόλεις συνῴκισε καὶ τὴν Ποτίδαιαν, ἔτι δὲ τῶν σύνεγγυς χωρίων οὐκ ὀλίγα. κατῴκισε δ᾽ εἰς αὐτὴν καὶ τῶν Ὀλυνθίων τοὺς διασωζομένους, ὄντας οὐκ ὀλίγους. πολλῆς δὲ χώρας προσορισθείσης τοῖς Κασσανδρεῦσι, καὶ ταύτης ἀγαθῆς, ἔτι δὲ τοῦ Κασσάνδρου πολλὰ συμφιλοτιμηθέντος εἰς τὴν αὔξησιν, ταχὺ μεγάλην ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἡ πόλις, καὶ πλεῖστον ἴσχυσε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ. ὁ δὲ Κάσσανδρος διεγνώκει μὲν ἀνελεῖν Ἀλεξάνδρου τὸν παῖδα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ῥωξάνην, ἵνα μηδεὶς ᾖ διάδοχος τῆς βασιλείας· κατὰ δὲ τὸ παρὸν θεωρῆσαι βουλόμενος τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, τίνες ἔσονται περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἀναιρέσεως, ἅμα δ᾽ οὐδὲν πεπυσμένος τῶν περὶ Ἀν-

urbem, e ſuo nomine Caſſandream appellatam, condit:

Rhoxanen cum filio Alexandri Amphipoli cuſtodiendam curat:

1 Παλλήνης Steph. marg. cum Reg. ambobus & Venet. Παλλίνης Leid. Tum αὐτῷ Leid. & Reg. 1. αὑτοῦ Baſil. Vulgo Πελλήνης.

2 Negliguntur in Baſil. uſque ad ἔτι δέ.

tre ſororem, in matrimonium ducit, affinem ſe ac neceſſarium regiae familiae oſtentare properans. Quin & urbem a ſe Caſſandream nuncupatam in Pallene condidit, in quam Cherſoneſi civitates, & inter has Potidaeam, & finitimorum non paucos, traduxit, collocatis ibi ſimul Olynthiis adhuc reliquis, quorum non exiguus erat numerus. Agri vero multum, & quidem boni, attributum erat Caſſandrinis; multumque ſtudii Caſſander urbis amplificationi impendebat. Ideo brevi maiorem in modum profecit, omneſque per Macedoniam urbes potentia antecelluit. Animum quidem Caſſander induxerat, Alexandri filium, Rhoxanenque matrem eius, interficere, ne quiſquam ſucceſſor in regno ſupereſſet. At cum in praeſentia, qui vulgi ſermones eſſent de caede Olympiadis, advertendum ſtatueret, necdum aliquid de rebus Anti-

τίγονον, τὴν μὲν Ῥωξάνην μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς φυλακὴν παρέδωκε, μεταγαγὼν εἰς τὴν ἄκραν τὴν ἐν Ἀμφιπόλει, τάξας τε ἐπ' αὐτῆς Γλαυκίαν τινὰ τῶν πιστευομένων· ἀπέσπασε δὲ καὶ τοὺς εἰωθότας παῖδας συντρέφεσθαι, καὶ τὴν ἀγωγὴν οὐκέτι βασιλικὴν, ἀλλ' [1] ἰδιώτου τοῦ τυχόντος οἰκείαν ἐκέλευε γίνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα βασιλικῶς ἤδη [2] διεξάγων τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, Εὐρυδίκην μὲν καὶ Φίλιππον τοὺς βασιλεῖς, ἔτι δὲ Κύνναν, ἣν ἀνεῖλεν Ἀλκέτας, ἔθαψεν ἐν [3] Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι. τιμήσας δὲ τοὺς τετελευτηκότας ἐπιταφίοις ἀγῶσι, κατέγραφε τῶν Μακεδόνων τοὺς εὐθέτους, [4] διεγνωκὼς εἰς Πελοπόννησον στρατεύειν. τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, Πολυσπέρχων ἐτύγχανε μὲν πολιορκούμενος [5] ἐν Ναξίῳ τῆς Περραιβίας, ἀκούσας δὲ τὴν Ὀλυμπιάδος τελευτὴν, καὶ τελέως ἀπελπίσας τὰ κατὰ Μακεδονίαν, ἐξεπήδησεν

Eurydicen Philippumque Aegis regali funere effert.

Hinc ſuſcepta in Peloponneſum expeditione,

1 Ἰδιωτικὴν ἐκελ. ora St. Ven. qui & Κίνναν. Αἰγέαις Reg. 1.
2 Διεξαγαγὼν Reg. 1. Leid.
3 Αἰγαιαῖς Reg. 2. Baſil. Leid.
4 Καὶ διέγνωκεν Reg. 1. Leid.
5 Ἐν Ἀξιάρῳ Reg. 1.

goni exploratum haberet, Rhoxanen cum puero in arcem Amphipolis translatum cuſtodiae tradit: cui Glauciam, ex illis, quibus fidem haberet, unum praefecit. Pueros etiam ad eundem convictum adhiberi ſolitos avulſit, cultumque vitae non amplius regium, ſed ad cuiuſvis privati conditionem reſtrictum eſſe, iuſſit. Poſt haec regio iam more res imperii diſpenſans, Eurydicen Philippumque reges & Cynnam, quam Alcetas ſuſtulerat, pro regum more Aegis ſepelivit, & funebrium ludorum celebratione defunctis parentavit. Hinc decreta in Peloponneſum expeditione, idoneos huic militiae ex Macedonibus conſcripſit. Quibus dum occupatur, Polyſperchon, in Naxio Perrhaebiae obſidionem tolerans, ubi de Olympiadis interitu cognovit, deſperatis Mace-

ἐκ τῆς πόλεως μετ' ὀλίγων. πορευθεὶς δὲ ἐκ τῆς Θετταλίας, καὶ παραλαβὼν τοὺς περὶ τὸν Αἰακίδην, ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὑπολαβὼν ἀσφαλέστατα καραδοκήσειν ἐνταῦθα τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς. καὶ γὰρ ἐτύγχανεν οἰκείως ἔχων πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος.

νγ'. Κάσσανδρος δὲ, συστησάμενος ἱκανὴν δύναμιν, ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας, σπεύδων Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς Πελοποννήσου. οὗτος γὰρ ἦν λοιπὸς μετὰ δυνάμεως τῶν ἀντιπρασσόντων, καὶ κατειλήφει πόλεις τε καὶ τόπους ἐπικαίρους. τὴν μὲν οὖν Θεσσαλίαν ἀσφαλῶς διῆλθε· τὰς δ' ἐν Πύλαις παρόδους εὑρὼν ὑπ' Αἰτωλῶν φυλαττομένας, μόγις τούτους βιασάμενος παρῆλθεν εἰς τὴν Βοιωτίαν. μεταπεμψάμενος δὲ πανταχόθεν τοὺς διασωζομένους τῶν Θηβαίων, ἐνεχείρει κατοικίζειν τὰς Θήβας, ὑπολαβὼν κάλλιστον ἔχειν καιρὸν, πόλιν διωνομασμένην καὶ

dum Boeotiam tranſit, Thebas inſtaurare inſtituit.

doniae rebus, cum exiguo comitatu ex urbe ſe proripit, & digreſſus e Theſſalia, adiuncto ſibi Aeacida, in Aetoliam ſecedit; ubi rerum converſiones quam tutiſſime obſervaturum ſe putabat. Cum hac enim gente bene ipſi conveniebat.

LIII. Tum coacto ſatis magno exercitu, Caſſander e Macedonia movit, Alexandrum Polyſperchontis e Peloponneſo exturbare feſtinans. Hic enim ex adverſariorum parte cum agmine ſuo reliquus erat, & opportuna loca oppidaque occuparat. Theſſaliam itaque ſine moleſtia peragrabat. Tranſitus vero ad Pylas Aetolorum praeſidiis cuſtoditos invenit. Quibus difficulter ſubmotis, in Boeotiam devenit. Arceſſens ergo undique Thebanorum ſuperſtites, civibus frequentare Thebas aggreditur, pulcherrimam ſe iam nactum occaſionem inſtaurandi ur-

διὰ τὰς πράξεις καὶ διὰ τοὺς παραδεδομένους [1] περὶ αὐτῆς μύθους ἀναστῆσαι, καὶ διὰ τὴν εὐεργεσίαν ταύτην τυχεῖν ἀθανάτου δόξης. συμβέβηκε δὲ [2] πόλιν ταύτην πλείσταις καὶ μεγίσταις κεχρῆσθαι μεταβολαῖς, οὐκ ὀλιγάκις ἀνάστατον γεγενημένην. περὶ ὧν οὐκ ἀνοίκειον ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν. μετὰ γὰρ τὸν [3] ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν Κάδμου κτίσαντος τὴν ἀπ' αὐτοῦ προσαγορευθεῖσαν Καδμείαν, συνῆλθεν ἐπ' αὐτὴν λαὸς, ὅν τινες μὲν Σπαρτὸν προσηγόρευσαν, διὰ τὸ πανταχόθεν συναχθῆναι· τινὲς δὲ Θηβαγενῆ, διὰ τὸ, τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς προειρημένης πόλεως ὄντα, διὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκπεσεῖν καὶ διασπαρῆναι· τοὺς οὖν τότε κατοικήσαντας ὕστερον Ἐγχελεῖς καταπολεμήσαντες ἐξέβαλον· ὅτε δὴ συνέβη καὶ τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀμφίονος καὶ

Digreditur hiſtoricus ad urbis origines variaſque viciſſitudines referendas.

1 Δι' αὐτὴν Leid.
2 Τὴν πόλιν ſolus Reg. 2. bene.
3 Praepoſitionem ſtigmate inuſſit Stephanus, nec eſt in Reg. 2. Venet. & Baſil. Habet ipſe Diodorus Lib. I, 10.

bem, tum rebus geſtis, tum fabulis de illa traditis, famigeratiſſimam, proque merito iſto gloriam immortalem ſibi redituram, arbitratus. Haec autem urbs plurimas experta fuit mutationes, eaſque maximas, funditus exciſa aliquoties. De quibus compendio aliquid dicere non alienum fuerit. Poſt Deucalionis diluvium, cum dictam a ſe Cadmeam Cadmus exſtruxiſſet, confluxit eo populus, quem Spartum, id eſt, Sparſum, nonnulli vocitarunt, quod ex omnibus locis congregatus eſſet: alii Thebigenam, quod oriundus ex hac urbe, per diluvium eiectus, atque huc illuc diſperſus fuiſſet. Qui autem tum illuc commigrarant, hos poſtea bello victos Enchelenſes expulerunt: ubi accidit, ut etiam Cadmus ad Illyrios fuga evaſerit. Exinde cum Amphion & Zethus, lo-

Ζήθου κρατησάντων τοῦ τόπου, καὶ τότε πρῶτον τ
ἄστυ κτισάντων, (καθάπερ καὶ ὁ ποιητής φησιν,

Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο)

τὸ δεύτερον οἱ κατοικήσαντες τὸν τόπον ἐξέπεσον, κατελθόντος Πολυδώρου τοῦ Κάδμου, καὶ καταφρονήσαντος τῶν πραγμάτων, διὰ τὴν γενομένην τῷ Ἀμφίονι περὶ τὰ τέκνα συμφοράν. ἑξῆς δὲ τῶν ἀπογόνων τούτου βασιλευόντων, καὶ τῆς ὅλης χώρας ἤδη Βοιωτίας καλουμένης, ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Μελανίππης [1] μὲν καὶ Ποσειδῶνος υἱοῦ, δυναστεύσαντος δὲ τῶν τόπων, τὸ τρίτον ἐκπίπτουσιν οἱ Θηβαῖοι, τῶν ἐξ Ἄργους ἐπιγόνων ἐκπολιορκησάντων τὴν πόλιν. τῶν δ' ἐκπεσόντων οἱ διασωθέντες κατέφυγον μὲν εἰς Ἀλαλκομενίαν, καὶ τὸ Τιλφώσιον ὄρος. τῶν δὲ Ἀργείων ἀποχωρησάντων, ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα. μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκστρατευσάντων τῶν Θηβαίων εἰς τὴν Ἀσίαν, οἱ καταλειφθέντες ἐξέπεσον μετὰ τῶν ἄλ-

1 Deeſt Baſil.

co potiti, urbem primitus condidiſſent, (quomodo etiam Poëta canit,

Qui ſeptem portis ſtruxerunt moenia Thebes)

iterum habitatores loci expulſi ſunt, cum reverſus illuc Polydorus, Cadmi filius, regnum, ob calamitatem Amphionis, quam ex liberorum interitu perceperat, iam deſpectum, invaderet. Regnantibus deinceps eius poſteris, quando iam tota regio Boeotiae nomen a Boeoto Melanippes ac Neptuni filio, principe eius loci, ſibi vindicarat, tertium emigrarunt Thebani, urbe ab Epigonis (VII ducum poſteris) Argivis expugnata. Qui ſuperfuerant de eiectis, in Alalcomeniam & Tilphoſium montem confugere: ſed poſt Argivorum diſceſſum redierunt in patriam. Inde belli Troiani tempeſtate, cum Thebani in Aſiam militatum abiiſſent, qui remanſerant, a Pelaſgis excuſſi fue-

λων Βοιωτῶν ὑπὸ Πελασγῶν. οὐκ ὀλίγοις δὲ μετὰ ταῦτα περιπεσόντες συμπτώμασι, μόγις μετὰ τετάρτην γενεὰν, κατὰ τὸν γενόμενον ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμὸν, ἀπῆλθον εἰς τὴν Βοιωτίαν, καὶ τὰς Θήβας κατῴκησαν. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων διαμενούσης τῆς πόλεως ἐπ' ἔτη σχεδὸν ὀκτακόσια, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῶν Θηβαίων τοῦ παρ' αὐτῶν ἔθνους προστάντων, μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀμφισβητησάντων, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσας κατέσκαψεν.

νδ'. Εἰκοστῷ δ' ἔτει ὕστερον Κάσσανδρος φιλοδοξῆσαι βουλόμενος, καὶ πείσας τοὺς Βοιωτοὺς, ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων. [1] συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τοῦ συνοικισμοῦ πολλαὶ, διά τε τὸν πρὸς τοὺς ἠτυχηκότας ἔλεον, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς πόλεως. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ τὸ πολὺ μέρος τοῦ τείχους ἀνέστησαν, καὶ τῶν ἄλλων οἱ μὲν ᾠκοδόμησαν κατὰ δύναμιν, οἱ δὲ καὶ χρήματα

Thebarum inſtaurationem adiuverunt civitates Graecae aliaeque.

1 Συνελάβοντο Leid.

runt cum aliis Boeotis. Nec raris exinde caſibus divexati, poſt quartam vix aetatem, iuxta proditum de corvis oraculum, in Boeotiam reduces Thebas incoluerunt. Ab hoc tempore ad ıↄCCC fere annos urbs incolumis permanſit. Atque initio Thebani ſuae gentis caput erant. Poſt ubi de principatu cum Graecis contendebant, Alexander Philippi filius urbem vi expugnatam ſolo aequavit.

LIV. Viceſimo tandem anno Caſſander, gloriam ſibi comparare volens, perſuaſis Boeotis, Thebanorum reliquiis urbem de novo excitatam reſtituit. Inſtaurationem vero illam ex Graecis civitatibus multae adiuvere, miſericordia erga afflictos, & gloria urbis commotae. Athenienſes enim praecipuam muri partem eduxerunt, aliique pro viribus aedificarunt. A nonnullis etiam non e

πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας ἀπέστειλαν, οὐ μόνο[n] τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἀλλὰ καὶ Σικελίας, ἔτι δ' Ἰταλίας. Θηβαῖοι μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ἐκομίσαντ[ο] τὴν πατρίδα. Κάσσανδρος δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀνα-ζεύξας ἐπὶ Πελοποννήσου, καὶ καταλαβὼν Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος διειληφότα τὸν Ἰσθμὸν φυλακαῖς, παρῆλθεν εἰς Μέγαρα· ἐνταῦθα δὲ κατασκευάσας σχεδίας, ἐπὶ μὲν τούτων τοὺς ἐλέφαντας διεβίβασεν εἰς Ἐπίδαυρον, ἐν δὲ πλοίοις τὴν ἄλλην δύναμι[ν]· παρελθὼν δὲ ἐπὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, ταύτην μὲ[ν] ἠνάγκασεν ἀποστᾶσαν τῆς Ἀλεξάνδρου συμμαχία[ς] αὐτῷ προσθέσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἐν [1] τῇ Μεσσήνῃ πόλεις προσηγάγετο, πλὴν Ἰθώμης· καὶ τὴν Ἑρμιονίδα δι' ὁμολογίας παρέλαβε. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρο[υ] [2] συγκαταβαίνοντος εἰς παράταξιν, ἀπολιπὼν ἐπὶ τὸ[ν] Ἰσθμὸν Γερανίας στρατιώτας δισχιλίους καὶ στρατηγὸν [3] Μόλυκον, ἐπανῆλθεν εἰς Μακεδονίαν.

Hinc Caſſander Megara declinat, & navigiis in Peloponneſum traiicit:

Argos, Meſſenen cet. capit.

1 Deeſt articulus ante Μεσσήνῃ Reg. 1.

2 Μὴ συγκαταβάντος ſolus Leic

3 Μόλυκκον Reg. 2.

Graecia tantum, ſed etiam Sicilia & Italia, pecuniae a[d] uſus neceſſarios miſſitatae ſunt. Hoc itaque modo patriam ſuam Thebani recuperarunt. Tum Caſſander i[n] Peloponneſum cum exercitu contendens, ubi Alexandrum Polyſperchontis Iſthmum praeſidiis muniiſſe deprehendit, Megara divertit. Et ratibus illic concinnatis, elephantes Epidaurum tranſmiſit; ceteras vero copias navigiis: & ad Argivorum urbem progreſſus, eam, deſert[a] Alexandri ſocietate, in ſuas tranſire partes coëgit. Poſt haec Meſſeniae etiam oppida ſibi adiunxit, praeter Ithomen. Hermionidem vero pactione quadam accepit. Deſcendente vero ad conflictum Alexandro, relictis ad Iſthmum Geraneiae militum duobus millibus, ductore Molyco, in Macedoniam ſe recepit.

νε'. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνῃσι μὲν ἦρχε Πραξίβουλος, ἐν Ῥώμῃ δὲ κατέστησαν ὕπατοι, [1] Σπόριος Ναύτιος καὶ Μάρκος Ποπίλλιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀντίγονος, τῆς μὲν Σουσιανῆς ἀπέλιπε σατράπην [2] Ἀσπίσαν, ἕνα τῶν ἐγχωρίων· αὐτὸς δὲ τὰ χρήματα πάντα διαγνοὺς κατακομίζειν [3] ἐπὶ θάλασσαν, ἁμάξας καὶ καμήλους παρεσκευάσατο, καὶ μετὰ τῆς δυνάμεως ἔχων ταῦτα προῆγεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. ἐν ἡμέραις δ' εἴκοσι καὶ δυσὶν αὐτοῦ καταντήσαντος εἰς Βαβυλῶνα, Σέλευκος ὁ τῆς χώρας σατράπης δωρεαῖς τε βασιλικαῖς ἐτίμησε τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν εἱστίασε. τοῦ δ' Ἀντιγόνου λόγους ἀπαιτοῦντος τῶν προσόδων, οὐκ ἔφησεν ὀφείλειν ὑπὲρ ταύτης τῆς χώρας ὑπέχειν εὐθύνας, ἣν Μακεδόνες αὐτῷ δεδώκασι διὰ τὰς γεγενημένας ἐξ αὐτοῦ χρείας Ἀλεξάνδρου ζῶντος. τῆς δὲ διαφορᾶς καθ' ἡμέραν αὐ-

Olymp. CXVI, 2.

In Aſia Antigonus, relicto Aſpiſa, Suſianae praefecto, Babylonem contendit.

Ibi diſſidio inter ipſum & Seleucum orto,

1 Σπόριος Ναύτιος Leid. Ceteri Ναύτιος Σπόριος & Πόπλιος.
2 Ἀσπίαν Reg. 1.
3 Ἐπὶ τὴν θάλασσαν Reg. 1.

LV. Exacto vero anno princeps Archontis nomine Athenis Praxibulus erat, Romaeque conſulatum gerebant Spurius Nautius, & M. Popillius. Quo tempore Antigonus Suſianae praefectum reliquit ex indigenis quendam Aſpiſam. Ipſe pecunias omnes ad mare deportare conſtitutum habens, vehiculis & camelis operam dabat comparandis, eaſque ſecum aſportans, Babyloniam verſus cum exercitu perrexit. Cumque XXII caſtris Babylonem attigiſſet, Seleucus, regionis ſatrapa, regalibus Antigonum donis honoravit, exercitumque univerſum convivio excepit. Ibi dum rationes proventuum exigit Antigonus, ille ſe non obſtrictum eſſe ad reddendas de hac regione rationes, quam Macedones, ob navatam vivente Alexandro operam, ſibi dederint, reſpondet. Diſſidio

Seleucus in Aegyptum ad Ptolemaeum aufugit.

ξομένης, ὁ Σέλευκος ἀναλογιζόμενος τὰ Πύθωνι συμβάντα, περιδεὴς ἦν, μήποτε προφάσεως λαβόμενος ὁ Ἀντίγονος ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρήσῃ. ἐῴκει γὰρ τοὺς ἐν ἀξιώμασι τῶν ἀνδρῶν ὄντας, καὶ δυναμένους πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, πάντας σπεύδειν ἐκ ποδῶν ἀπαλλάσσειν. ταῦτ' οὖν εὐλαβηθεὶς, ἐξεπήδησε μετὰ πεντήκοντα ἱππέων, διανοούμενος εἰς Αἴγυπτον ἀποχωρεῖν πρὸς Πτολεμαῖον. διεβεβόητο γὰρ ἡ τούτου χρηστότης καὶ τὸ πρὸς τοὺς [1] καταφεύγοντας ἐπ' αὐτὸν εὐμενὲς καὶ φιλάνθρωπον. ὁ δ' Ἀντίγονος ἀκούσας [2] ἀνεσκίρτησε, καὶ περιχαρὴς ἦν ἐπὶ τῷ δοκεῖν αὐτὸς μὲν μὴ συνηναγκάσθαι προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας ἀνδρὶ φίλῳ καὶ συνηγωνισμένῳ προθύμως· τὸν Σέλευκον δ' αὐτὸν αὑτοῦ καταγνόντα φυγὴν, παραδεδωκέναι τὴν σατραπείαν χωρὶς ἀγώνων καὶ κινδύνων. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντων αὐτῷ τῶν Χαλδαίων, καὶ προλεγόν-

Chaldaei ob Seleucum e manibus dimiſſum

1 Καταφυγόντας -- ἐκτενὲς ora Steph. Baſil. Reg. 2. Vatic. Baſil. Ven. notanturque a Steph. aſteriſco. Statim αὐτὸς μὲν poſt δοκεῖν omittunt Reg. 1. & Leid.

2 Duo haec praetereunt Reg. 2.

in dies gliſcente, Seleucus, Pythonis caſum reputans, maiorem in modum timebat, ne arrepta occaſione Antigonus etiam ipſum necare inſtitueret. Nam viros dignitate praeſtantes, & qui rerum ſummam vindicare ſibi poterant, omnes e medio quamprimum ſublatos cupere videbatur. Quo metu impulſus, cum quinquaginta equitum comitatu, in Aegyptum ſe conferre ad Ptolemaeum cogitans, inde ſe proripuit. Huius enim benignitas, ergaque confugientes ad ipſum benevolentia, & humanitatis ſtudium ubique pervulgatum erat. Quod ubi reſcivit Antigonus, laetitia exſultabat, propterea quod non ipſe ad inferendum manus amico, ſtrenueque auxiliato, coactus, ſed ipſemet exſilio ſe condemnans Seleucus abſque certaminibus & periculis ſatrapiam tradidiſſe videretur. Poſtea venere ad eum Chaldaei, & fore praedixerunt,

των ὡς, εἰ τὸν Σέλευκον ἐκ τῶν χειρῶν [1] ἀφήσει, συμβήσεται τήν τ' Ἀσίαν πᾶσαν ὑποχείριον γενέσθαι, καὶ αὐτὸν Ἀντίγονον ἐν τῇ πρὸς ἐκεῖνον παρατάξει καταστρέψειν τὸν βίον· μεταμεληθεὶς τοῖς πεπραγμένοις, ἐξέπεμψε τοὺς διώξοντας· οἱ μέχρι τινὸς ἐπακολουθήσαντες, ἐπανῆλθον ἄπρακτοι. ὁ δ' Ἀντίγονος, ἐν τοῖς ἄλλοις καταφρονεῖν εἰωθὼς τῶν τοιούτων προῤῥήσεων, οὐ μετρίως ἐκινήθη τότε, καταπλαγεὶς τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν. μεγάλη γάρ τις ἐμπειρία περὶ τούτους εἶναι δοκεῖ, καὶ παρὰ τούτοις ἡ τήρησις τῶν ἄστρων ἀκριβεστάτη. ἀποφαίνονται γὰρ πολλὰς μυριάδας ἐτῶν ὑπάρχειν ἐξ οὗ παρ' αὐτοῖς ἐστιν [2] ἡ περὶ ταῦτα σπουδή. δοκοῦσι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ προειπεῖν, ὅτι παρελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τελευτήσει. ὁμοίως δὲ τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου προῤῥήσει συνέβη καὶ τὴν Σελεύκου τελεσθῆναι κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν τούτων ἀποφάσεις. περὶ ἧς τὰ

Antigono mortem praedicunt; reſque poſtea eventum habuit.

1 Ἀφήσεται Vat. Reg. 2. Ven. Baſil. qui συμβήσεται non habet.
2 Ἡ περὶ αὐτὰ σπουδὴ Leid. & Reg. 1.

ſi e manibus dimitteret Seleucum, ut Aſia tota in poteſtatem (Seleuci) veniret, & Antigonus ipſe, acie cum illo congreſſus, vitam ſuam finiret. Ibi facti poenitens, qui perſequerentur hominem, miſit. Verum hi aliquo uſque progreſſi, negotio infecto redierunt. Id genus divinationes in ceteris contemnere ſolebat Antigonus: tunc vero, dignitate virorum conterritus, non mediocriter commovebatur. Summa enim penes hos experientia eſſe, aſtrorumque obſervatio diligentiſſima putatur. Multas namque annorum myriades retro numerant, ex quo harum ſtudio rerum teneantur. Alexandro etiam recte videntur praenuntiaſſe, obiturum, ſi Babylonem intraret. Ut igitur Alexandro praedicta evenerunt, ſic etiam reſponſa, Seleuco a viris illis edita, eventum habuere.

κατὰ μέρος ἐροῦμεν, ὅταν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους ἐπιβαλώμεθα.

Benigne acceptus in Aegypto Seleucus, Ptolemaeum ad bellum contra Antigonum impellit.

Hoc primum. Addit auctor, poſtliminio in patriam Samios, qua annis XLIII caruerant, rediiſſe. Exciderant ergo ſub Olymp. CIII annum tertium, quo Athenis Archon Cephiſodorus fuit. Atqui Athenis in eam inſulam coloni ſunt miſſi Archonte Nicophemo. Scholiaſtes ineditus in Aeſchin. Or. in Timarch. pag. 8, *εἰς Σάμον ἔπεμψαν κληρούχους Ἀθηναῖοι ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικοφήμου.* Qui quidem Nicophemus cum eo magiſtratu ſit functus anno quarto Olymp. CIV, obtinuerunt Samum Athenienſes ſpatio annorum XXXVIII. Sic iuſtum foret in Diodoro *ἔτη τρισὶ δέοντα* ſive *λείποντα τῶν τεσσαράκοντα.* Id vero vetat Dionyſius, ex Philochoro in ſerius tempus Athenienſium hanc coloniam reiiciens. Adſcribenda verba ſunt ex eius Dinarch. pag. 118: *Οἱ μὲν γὰρ εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα (Ἀριστόδημον) ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει.* Ariſtodemus in patria urbe praeturam adminiſtravit anno Olymp. CVII primo. Ab eo ad Cephiſodorum numerari poſſunt anni XXX. Finge, ſequente anno, quo Archon Philocles erat, rediiſſe Samios, quod rerum ſeries vero facit affine, & anno ante Ariſtodemum eoſdem inſula fuiſſe deturbatos, rectum erit *ἔτη τρισὶ πλείω τῶν τριάκοντα.* Atque hoc malo. Nam Scholiaſtae eius levior apud me auctoritas eſt, & de Dionyſii in his errore ſuſpicio nulla eſſe propter adiuncta de Dinarchi aetate poteſt. Mitto de Neocle addere, patre Epicuri, qui e colonorum Atticorum numero erat, Strabone L. XIV, p. 946, & Diogene teſtibus, deque aetate Epicuri, ad Ariſtodemi magiſtratum propius multo accedente, quam quidem Nicophemi. WESS.

ead. l. 9. *Ἵνα δὲ μὴ μακρὰν* &c.) Hoc placuit, quippe elegantius. De fuga Harpali, traiectuque in Cretam, dixit L. XVII, 108. WESS.

Pag. 56. *l.* 2. *Ὄντων ἑπτακισχιλίων*) Superioris libri c. 108 militum VI millia Harpalum coëgiſſe dixerat, nec plura enumeravit Arrianus apud Phot. Cod. XCII, p. 217. Quare *ἑξακισχιλίων* refingendum cum N. Blancardo ad Arrian. Exped. L. VII, p. 467. WESS.

ead. l. 10. *Κυριεύσας δὲ τοῦ λιμένος*) Cyrene erat *ἐν μεσογείᾳ*, ut Scylax, ſive, quemadmodum Strabo, *ἐν τραπεζοειδεῖ πεδίῳ*, ſeiuncta a portu ſuo Apolloniade intervallo ſtadiorum LXXX. Vide utrumque, hunc L. XVII, p. 1194, illum Peripl. p. 109. Mox *καὶ πολιορκήσας* ex Reg. 2.

praeferrem : namque urbem primo impetu a Thimbrone expugnatam fuiſſe, haud liquet. Wess.

ead. l. 12. Τάλαντα πεντακόσια) Dedi ſcriptis libris, ut ita corrigeretur. Abunde quoque videntur talenta argenti quingenta. Tu ſi ſtatim καταληφθέντα χρήματα malueris, nullus intercedam. Wess.

Pag. 58. *l.* 1. Ὄντας περὶ ὀγδοήκοντα) Neque hic refragari vetuſtis membranis auſus ſum. Et quis crediderit, rebus dubiis ſuſpectoque Thimbrone, octingentos Cyrenaeorum portui ſeſe credere voluiſſe? De Barcaeis & Heſperitis, Cyrenaeorum vicinis, nota omnia ſunt. Wess.

ead. l. 8. Ἅπαντας τοὺς στρατιώτας ἐξήγαγεν) Corrigendum eſſe ἐξήγαγεν, non fugit doctiſſimum Rhodomanum, quem libens ſequor. Spectant enim Thimbronem. Wess.

Pag. 59. *l.* 3. Τὴν ὀνομαζομένην Τεύχειρα) Hoc reliquerat, uti meliores libri indicio ſunt, auctor, non Τάριχα, quod quidem tolerari potuiſſe miror. Vide, quae de hac Cyrenaeorum colonia dixi ad Itiner. Anton. p. 67, & Hierocl. Synecdem. p. 733. Wess.

ead. l. 11. Καὶ φυγόντες εἰς τὰς ναῦς) Quiſque videt hoc iuſtius eſſe: poſſes, ſi quae neceſſitas urgeret, καὶ καταφυγόντες, ut praepoſitio copulam abſorpſerit, ut multis in locis. Quod ſuccedit ὑπὸ τῆς θαλάσσης κατεποντίσθησαν, non ſollicito. Placet Diodoro L. XIX, 18, XX, 85. Io. Chryſoſtom. T. XII Benedictin. p. 324 A. ὥσπερ μεγάλου πλοίου καταποντισθέντος. Alioqui haud abſurdum fuerat ex aliorum Codd. veſtigiis κατεπόθησαν, quod cum priore commutatur in fragmentis Symmachi Pſalm. LIV, 10, cum Montefalconii nota, & Hebr. XI, 29. Auctor ipſe in Excerpt. Peireſcian. pag. 337, συνέβη τῶν νηῶν πολλὰς —— ὑπὸ τῆς θαλάσσης καταποθῆναι. Wess.

Pag. 60. *l.* 4. Ἔτι γὰρ ἀμισθώτων γενομένων &c.) Supra ſimili in genere ἀμίσθους & ἀπομίσθους poſuit: perinde tamen erit, modo ἔτι γὰρ τῶν ἀμισθώτων ſcripſeris. Rectius enim articulus addetur. Wess.

ead. l. 8. Τῇ δὲ τούτων παρουσίᾳ — θαῤῥήσαντες) Senſus poſtulat πρὸ δὲ τῆς τούτων παρουσίας. Rhod. Tranſirem in partes Rhodomani, ni manu exarati aliquid commodius offerrent libri. Scribe τῇ δὲ τούτων ἀπουσίᾳ — θαῤῥήσαντες καὶ τοῖς & reliq. *horum abſentia Cyrenaei & praeclaris ſucceſſibus animoſiores facti.* Quae cohaerent egregie. Noli vero arbitrari vitioſum eſſe τούτους δὲ οἱ — τὸν δὲ εἰς, quod

proxime perſcriptum eſt, quoniam dicere fere ſolent *τούτους μὲν — δέ*. Nam & vulgatum iſtud obvium eſt. Confer Daviſium ad Max. Tyrium Diſſ. XXVIII, 7, p. 602. WESS.

Pag. 62. *l.* 2. *Καὶ στρατηγὸν Ὀφέλλαν*) Non aliter eiuſdem nomen ſcribitur L. XX, 41, inque Arrian. apud Photium Cod. XCII, p. 217, & Iuſtin. L. XXII, 7, certe vetuſtioribus in libris. *Ὀφέλτας* apud Plut. Demet. pag. 894 E. quo etiam nomine infelix puer fuit, in cuius memoriam Nemaei ludi inſtituti perhibentur apud Pauſan. L. II, 15, & alius Damaſichthonis pater, de quo idem L. IX, 5. Conf. P. Leopard. Emend. L. XVII, 10. WESS.

ead. l. 11. *Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ*) Manifeſta haec *πρόληψις*. Nondum hunc ſibi titulum indiderat Ptolemaeus. Vid. Lib. XX, 54. Africae tamen hanc partem regionemque omnem Cyrenaicam Ptolemaei imperio harum turbarum occaſione fuiſſe ſubditam, teſtis etiam Strabo L. XVII, p. 1194. WESS.

Pag. 63. *l.* 2. *Τήν τε τῶν Λαρανδέων*) Ex vetuſtis ſchedis ſic refinxi. Laranda format *Λαρανδέα*, nunquam *Λαρανδαῖον*, ut notum ex Stephano. Situm urbi ſicuti & Iſaurae in Lycaonia plerique aſſignant, pro qua auctor Piſidiam habet, non magno diſcrimine: confines enim regiones. Confer, quae adſcripta ſunt Itiner. Anton. p. 211, & ad Synecdem. Hierocl. p. 675. WESS.

ead. l. 4. *Βάλακρον τὸν Νικάνορος*) Fortaſſe is eſt Balacrus, cui Philam, Antipatri filiam, collocatam primitus fuiſſe ſignificat Antonius Diogenes apud Photium Cod. CLXVI, p. 364. WESS.

Pag. 64. *l.* 2. *Δύναμιν οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεων*) Memini, ſaepe in his libris *ἀξιόλογον* & *ἀξιόχρεων* ab amanuenſibus permiſceri: hic ſequor omnium conſenſum. Sic iterum L. XIX, 89, *καὶ δύναμιν μὲν οὐκ ἔχων περὶ αὐτὸν ἀξιόχρεων*. WESS.

ead. l. 9. *Τῆς δὲ φλογὸς ἄφνω πρὸς ὕψος αἰρομένης*) Dant haec ſententiam commodam, nec peiorem ſcriptus Reg. 1. quique ab eo ſtant alii. Itaque optio tibi deferetur. Ceterum Trogus L. XIII cladem hanc Larandenſium & Iſaurorum ſtilo perſecutus erat diligenter: at Iuſtinus L. XIII, 6, eius dicta in compendium redigens, turbavit omnia, quaeque de Iſauris erant bene prodita, imprudenter Cappadocibus tranſcripſit, pulchre ad Oroſium, a Iuſtino in fraudem impulſum, docente Fabricio L. III, 33. WESS.

Pag. 65. *l.* 12. Νίκαιά τε ἡ Ἀντιπάτρου θυγάτηρ) Eadem poſt Perdiccae mortem in Lyſimachi manum convenit, ut ex Strabone L. XII, pag. 848 C. notum. Cleopatra vero ea ipſa eſt, de qua L. XVI, 92, primis nuptiis Alexandro Epirotarum regi collocata, ut bene Iuſtinus L. XIII, 5. Id prave, quod Perdiccam, dum duas eodem tempore uxores quaereret, neutram obtinuiſſe, addit. Duxit enim Nicaeam, quod praeter Diodorum fatetur Arrian. apud Photium Cod. XCII, p. 220. Wess.

Pag. 66. *l.* 3. Καὶ τὴν τῶν βασιλέων προστασίαν) Repoſui ex Reg. 1. probatam auctori ſcripturam. Fuit Perdiccas βασιλέων ἐπιμελητὴς, quo in munere ſucceſſores dein habuit plures, indicatos inferius c. 36, 39, 48. Wess.

ead. l. 9. Ἦγε τὴν Νίκαιαν) Damnat Thomas Magiſter ἄγειν γυναῖκα, atque ἄγεσθαι praefert, quod certe frequentiore Atticorum uſu teritur. Lyſias Or. I, 2, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν. Ioſephus Belli Iud. L. I, 12, 2, πρότερον μὲν γὰρ ἦκτο γυναῖκα τῶν ἐπιχωρίων· atque ita plerique, alterum tamen non plane ſpernentes. Wess.

Pag. 67. *l.* 2. Φανερῶς μὲν ἀπεφαίνετο — ἀπολογήσασθαι) Confer Arrian. apud Phot. Cod. XCII, p. 218. Wess.

ead. l. 13. Οὐ κατεπλάγησαν ταῖς ψυχαῖς) Iure ergo Chlaeneas apud Polybium L. IX, 24, Αἰτωλοὶ γὰρ μόνοι, inquit, τῶν Ἑλλήνων ἀντωφθάλμησαν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας. Reſpicit exſules ab Antipatro victore Graeciae urbibus deiectos, οἷς φύξιμον οὐδὲν ἦν πλὴν ἑνὸς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους, ſupra dixerat. Wess.

Pag. 68. *l.* 12. Στεγνὰ κατασκευαζόντων) Iterum extremo Lib. XX, καὶ κατασκευάσας στεγνὰ τοῖς στρατιώταις παραχειμάζειν. Plenius Euripides Cyclop. v. 323, Ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα. Wess.

ead. l. 15. Καὶ τροφῆς ἐνδεεῖς &c.) Exſpectaſſes εἰς τοὺς ἐσχάτους ἔρχεσθαι κινδύνους, ob ea, quae antecedunt. Sed variavit orationem conſulto, καὶ loco οἱ vel οἱ καὶ poſito, quod fieri poſſe certum exploratumque eſt. Vide Th. Bezam ad Act. Ap. VI, 6, & Duker. in Thucydidis L. VIII, 73. Xenoph. Hellen. Lib. I, pag. 343, ἐπιστολὴν ἐπεδείκνυ μαρτύριον, καὶ ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ εἰς τὸν δῆμον· pro quo potuiſſet ἣν ἔπεμψαν οἱ στρατηγοί. Wess.

Pag. 69. *l.* 7. Περὶ τῆς ὅλης ἐπιβουλῆς) Potius ἐπιβολῆς.

Rhod. Si de inſidiis, Antigono ſtructis, accipias, ferri poterit: tamen alterum illud & ego malim. De Cleopatrae nuptiis & Nicaeae divortio iam tum Perdiccam conſtitutum habuiſſe, cognoſces ex Arriano apud Phot. p. 220. Wess.

Pag. 70. *l.* 1. Τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιτιθέναι) Sic malui ob praeſtantiorum librorum conſenſionem atque orationis nexum. Quod poſt pauca ſuccedit μεταστῆσαι πανοικίους illuſtratum alias eſt. Conf. not. in L. V, 20. Wess.

Pag. 71. *l.* 6. Γάϊος Αἴλιος) Pro Γάϊος Αἴλιος lege Κόϊντος Αὔλιος. Livius vero hunc *Aemilium* vocat. Rhod. Κόϊντος Αὔλιος praeſtat. Vide Pighium in Annal. ad ann. cdxxx, p. 345, & quae viri docti notarunt ad Livii Lib. VIII, 37. Porro in vero nomine Praetoris, qui anno huic Athenis nomen dedit, diſcordia eſt. *Philoclem* vocant Diodorus & Dionyſius in Dinarcho p. 116; at *Dioclem* alii, de quibus Io. Meurſius de Archont. L. IV, 14. Wess.

ead. l. 8. Συντετελεκὼς τὴν ἁρμάμαξαν) Fortaſſe haec ſumta ſunt ex Ephippo, quem de Alexandri ſepultura commentatum eſſe, Athen. L. X, p. 434 A. docet, aut certe ex Hieronymo Cardiano, qui quidem in deſcribendo hoc curru unus omnium excelluit. Id docent eiuſdem Athenaei verba L. V, 10: Ἱερώνυμος ἐν τῇ κατασκευῇ (θαυμάζεται) τῆς ΑΡΜΑΜΑΞΗΣ, ἣ συνέβαινε κατακομισθῆναι τὸ Ἀλεξάνδρου σῶμα. Nam quod Schefferus opinatus ad Aelianum eſt Var. Hiſt. L. XII, 64, currus eius fabrum fuiſſe Hieronymum, id Athenaeus nuſquam dixit. Sequeretur enim, & Timaeum, cuius paullo ante meminit, auctorem rogi fuiſſe, cui Dionyſius impoſitus conflagravit, quod tamen abſurdum. Timaeus in eius deſcriptione egregius fuerat, ut in currus huius enarratione Hieronymus. Wess.

ead. l. ult. Κατεσκευάσθη χρυσοῦν σφυρήλατον) Deſit, unde haec pendent, vocabulum, quod an φέρετρον fuerit, an aliud, non finio. Rhodomanus in notar. Correct. φερετρον ſuſpicatus eſt, praeeunte Aeliano Var. Hiſt. lib. XII, cap. ult. τὸ ἐπ' αὐτῆς (ἁρμαμάξης) κατεσκεύασε φέρετρον μεγαλοπρεπῶς ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι. Wess.

Pag. 72. *l.* 1. Ἐπλήρωσεν ἀρ.) Scribe ἐπλήρωσαν. Rhod.

ead. l. 14. Ἔχων τραγελάφων προτομὰς) Vid. ad Lib. II, 51. Erant inter ornamenta aulaeorum Perſicorum & Medicorum frequentes tragelaphorum & aliorum animalium monſtroſae figurae. Ariſtophanes Ran. v. 868, οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σὺ, Ἃ 'ν τοῖσι παραπετάσμασι τοῖς Μηδι-

κοῖς γράφουσιν· ut mirum non ſit, & regium hoc ſolium illis fuiſſe condecoratum. Wess.

ead. l. 15. Δι' ὧν κατακεκρέμαστο στέμμα) In augmentis praeteritorum pertrita haec variatio. S. Matthaeus Evang. c. VII, 25, τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ πέτραν. Ioſeph. Ant. Lib. XX, 3, 2, τέθραπτο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ· & Belli Iud. III, 7, 31, καὶ διπλῷ περιβόλῳ τετείχιστο· tum ibid. c. 10, 1. Praeterea L. IV, 11, 4, τεθύμωτο ἐπὶ τοὺς συναποστάντας· & poſt pauca ταῦτα μὲν — πέπρακτο. Heliodorus L. I, pag. 41, καὶ γὰρ πεφοίνικτο τὴν παρειάν· iterum ibid. καὶ τὸ βλέμμα κεκίνητο. Porro L. IV, p. 162, τέτατο δὲ ὁ δρόμος· & p. 164, καὶ δεδούλωτο τῷ πόθῳ. Etiam in compoſitis L. VIII, p. 386, ἡ πόλις ἐκτετάρακτο· quomodo L. X, p. 508, καὶ ὁ μὲν — ἤγετο οἱ προστέτακτο. Quae quidem ex illis abunde erunt: quis enim finis foret, ſi omnia de hoc genere coacervare vellem? Conf. ad L. II, 8, & quae vir doctus Miſcellan. Obſerv. Vol. IV, p. 289, in unum conduxit. Wess.

Pag. 73. *l.* 6. Ἔχον Ἰωνικὰ κιονόκρανα) Conf. Vitruvium Lib. III, 2, cum Philandri diſſertatione. Νίκην τροπαιοφόρον, *Victoriam cum tropaeo*, quae in veterum nummis gemmiſque haud rara, Suetonius vocat Galb. c. 10. Wess.

ead. l. 10. Ἔχων ἅρμα τορευτὸν) *Currum torno elaboratum* interpres dederat, communi errore, quique facile aliud agentibus ſubrepit, cum Lexica paene omnia huc ducant. At res prodigioſa eſt currus *torno* factus, & longe ſunt diverſa τορεύειν & τορνεύειν· hoc TORNARE, illud CAELARE. Vide, quae diſputaverunt Cl. Salmaſius in Solin. pag. 738, & R. Bentleius in Horatii A. P. v. 441. Itaque *currus caelo elaboratus* praeſtat. Wess.

ead. l. 14. Περσῶν Μηλοφόρων) Diximus de illis ad Lib. XVII, 59. Wess.

ead. l. ult. Ἔχοντας — Ἰνδοὺς) *Indos, per quos regebantur elephanti*, apud Vegetium Lib. III, 24, ſive οἱ κυβερνῶντες τὰ θηρία Ἰνδοὶ, ut mox cap. 34, & L. XIX, 84, atque in Maccab. Hiſt. L. I, c. 6, 31. Wess.

Pag. 74. *l.* 15. Τὰ μὲν πλάγια &c.) Interpres *quarum modioli*, motus fortaſſe *radiis*, quorum ſuccedit mentio. Equidem quae Perſicarum rotarum fuerit forma, non temere dixerim, neque adeo auſim αἱ μὲν πλῆμναι ſubſtituere, quod alioqui opportunum foret. Wess.

Pag. 75. *l.* 2. Σιβύνην ὀδὰξ κατεχούσας) Hanc ſcripturam omnes membranae ratam habent: citat tamen Stephan.

Theſ. T. III, p. 1147, *σιβύνην*, quod & ego mallem. Sic iterum L. XX, 33, *καὶ παρά τινος τῶν ὑπασπιστῶν ἁρπάσας σιβύνην.* Heſychius, Σιβύνη, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον. Gloſſae Σιβύνη, *venabulum:* quod ut in Σιγύνην mutaret Io. Vlitius ad Gratii Cyneget. v. 112, nihil neceſſe erat. Eaedem Ζηβύνη, *venabulum*, & Ζιβύνη, *venabulum:* quorum prius ex prava pronuntiatione originem accepit, ſicuti & Heſychii Ζηβήνη (lege Ζηβύνη) ὁλοσίδηρος ἀκοντίς. Variatum enim fuit in prima vocis litera. Interpretes Alexandrini Eſai. cap. 2, 4, *καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς* ΖΙΒΥΝΑΣ *αὐτῶν εἰς δρέπανα*, i. e. Tertulliano vertente princip. L. IV adv. Marcion. *concident machaeras ſuas in aratra, & SIBYNAS, quod genus venabulorum eſt, in falces.* Quae doctiſſimi eius viri ſi Vlitius in numerato habuiſſet, non, puto, urſiſſet diſcrimen, quod inter *σιγύνην* & *σιβύνην* reperiſſe ſibi viſus eſt. Nam quae in prima, eadem in tertia litera ſcribendi diſcrepantia animadvertitur. Σιγύνην, *σίγυνον*, *σίγυμνον* iidem haſtilis ſeu venabuli genus dixerunt. Conf. viros doctos ad Pollucem L. X, 144. WESS.

ead. l. 13. Χλιδῶνας λιθοκολλήτους) Ne muta. Theodoretus & Procopius ad 2 Samuel. I, 10, *χλιδὼν κόσμος ἐστὶ χρυσοῦς ἢ τοῖς βραχίοσι περιτιθέμενος, ἢ τοῖς καρποῖς τῶν χειρῶν.* Heſychius paria, inſuper addens *καὶ περὶ τοῖς τραχήλοις.* Cui hic locus adſtipulatur. Χλιδῶνες ἀμφὶ βραχίοσιν ſunt apud Athen. L. XII, p. 525 E. & in Siracide c. XXI, 21, atque Eſai. cap. 3, 20. WESS.

Pag. 76. *l.* 1. Καθ' ἃς ἀεὶ γένοιτο) Hoc fide membranarum recepi: currum ſpectat unice, qui Babylone per Syriam Damaſcenam, etſi quidam progreſſum impedire conarentur, ab Arrhidaeo Aegyptum verſus deductus eſt, Arrian. apud Phot. pag. 220. Habet Aelian. etiam, quae huc pertinent, L. XII, 64, ſed fabulam adſpergens de imagine Alexandri, quam vide. WESS.

ead. l. 14. Κατεσκεύασεν οὖν τέμενος &c.) Locus erat urbe media, regum ſepulturae deſtinatus, quem Σῆμα vocabant, de quo Caſaubon. in Sueton. Auguſt. c. 18. Vide vero, quam in omnia alia abeat Pauſan. L. I, 6. Dicit, Macedonas Alexandri corpus *Aegas* in Macedoniam deportare conſtituiſſe, Ptolemaeum, poſtquam ab illis id impetraſſet, Memphim delatum ritu Macedonum contumulaſſe: inde vero labentibus annis Ptolemaei filium, Philadelphum, Alexandriam aſportaſſe. Quae unde acceperit, ignoro. WESS.

Pag. 77. *l.* 4. Διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐχάριστον) Opportune his uſus eſt I. C. Schwarzius Diſſert. de Soloeciſmis Diſcip. Ieſu Antiquat. p. 67, ut Paullinum ex Epiſt. ad Coloſſ. III, 15, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε vertendum eſſe doceret, *& benefici eſtote.* Idem enim φιλόδωρος καὶ εὐχάριστος ex Pollucis decreto L. V, 140. Imp. Auguſtus apud Ioſephum, non neglectus ab eodem Schwarzio, Ant. Iud. L. XVI, 6, 2, ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη — — πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων. Nollem huc trahi γυναῖκα εὐχάριστον ex Alexandrina Proverb. Salomon. c. XI, 16, verſione: neque enim benefica, ſed venuſta & gratioſa, deſcribitur; unde ſuſpiceris, εὐχάριτον olim fuiſſe, idque ob rariorem uſum mutatum. Invenies in Appiani L. II Bell. Civil. pag. 371 Curionem ἐς τὸν δῆμον εὐχαριτώτατον, & Aeliani de Animal. L. I, 59, οὐδὲν τῶν μελιττῶν εὐχαριτώτερον, quae uſum eius vocis affirmant. WESS.

Pag. 79. *l.* 1. Καὶ συναναγκασθεὶς μάχην συνάψαι) Conf. Plut. Eumen. p. 585 F. & Arrianum apud Phot. p. 220. WESS.

Pag. 80. *l.* 4. Καὶ μάλιστα τὴν ἱππικὴν &c.) Factum prudens. Reliquas copias neque magnas neque firmas habebat Eumenes, quod inexercitatae & non multo ante erant contractae. Addidit aliud, non minus conſultum. Intelligebat, ſi copiae ſuae cognoſſent, adverſus quos pergerent, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuntio dilapſuras. Quare diſſimulato Crateri, quem Macedones mirifice aeſtimabant, adventu, deviis itineribus milites circumduxit, in quibus vera audire non poſſent, & prius in aciem eduxit, proeliumque commiſit, quam ſcirent, cum quibus arma conferrent, teſtibus Corn. Nep. Eumen. c. 3, & Plut. ibid. ac T. II, pag. 506 D. WESS.

ead. l. 11. Ἐὰν κρατήσωσι τὴν μάχην) Si τῇ μάχῃ potius cenſueris, utere verbis ſimilibus L. XIX, 43. Ego in vulgato acquieſco. WESS.

Pag. 81. *l.* 6. Τοὺς ἱππεῖς ἑλομένων &c.) Poſitum eſt loco διελομένων, ut alias ſolet. Infra Lib. XIX, 40, Ἀντίγονος μὲν οὖν τοὺς ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διελόμενος &c. WESS.

ead. l. 10. Καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἀφιππευόντων) Videtur rectius ἐφιππευόντων· neque enim ſui equites eum ignorabant, ſed, qui citato curſu invadebant, hoſtes. De exitu, quem Craterus fecit, paullo diverſa prodiderunt Corn. Nep. Eumen. c. 4, & Plut. Eumen. p. 587 A. WESS.

ead. l. 13. Καὶ τῷ πλήθει — περιχεομένων) Unius literae

tranſpoſitione frequens in his libris vitium correxi. Vid. ad L. XIII, 51, XVI, 80. WESS.

Pag. 82. *l.* 15. Ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε — τὴν ἰγνὺν πατάξας) Hoc relinquendum duxi. Plut. Eum. p. 587 C. Ὁ μὲν Εὐμένης τοῦ Νεοπτολέμου προεξανισταμένου τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν, αὐτὸς εἰς ὀρθὸν φθάσας καταστῆναι. WESS.

Pag. 83. *l.* 4. Ἐν γόνασι βεβηκὼς) Vid. T. Hemſterhuſium ad Luciani D. Deor. XXV, 1, & H. Valeſ. in Euſebii Lib. X H. Eccleſ. p. 192. WESS.

Pag. 84. *l.* 5. Ὅσοι βούλονται &c.) Non ὅσοι, ſed ὅποι, legendum ſuſpicor. STEPH.

ead. l. 6. Καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις) Corn. Nepos Eumen. c. 4: *Pedeſter exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non poſſet, pacem ab eo petiit. Quam cum impetraſſet, in fide non manſit, & ſe, ſimulac potuit, ad Antipatrum recepit.* Quibus non diſſimilia Arrianus apud Photium pag. 221. WESS.

ead. l. 12. Ἐπεβάλετο μὲν κολάσαι τὴν ἀθεσίαν) Legi etiam poteſt τὴν ἀθείαν. RHOD. Nollem viro docto excidiſſet. Cui enim bono ea animadverſio? Ἀθετεῖν τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν ſaepe Polybius de ſpreta iurisiurandi religione, Lib. XI, 27, XV, 1; & ἀθεσίαν, cum de perfidia ſermo eſt, L. II, 32, III, 78; quae eius loca Suidas in Ἀθεσία exſcripſit: tum L. III, 49, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀθεσίαν τῶν κατοικούντων τοὺς τόπους βαρβάρων· & cap. 70, τήν τε τῶν Κελτῶν ἀθεσίαν οὐκ ἐμμενεῖν ἐν τῇ πίστει. Polybium ſolens Noſter aemulatur, etiam in Excerpt. Valeſ. pag. 338, χρώμενοι δὲ τῇ συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ· & poſt pauca οἱ τῆς κατὰ τοὺς Σιφνίους ἀθεσίας μὴ μετασχόντες. Convenit Hebraeorum *peſchang*, ad quod Graece explicandum ſaepe adhibetur ab Aquila, docto interprete. Vid. Pſalm. XXIV, 7, Daniel. IX, 24. WESS.

Pag. 85. *l.* 6. Πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὐμένη νίκην) Putes agi de victoria, quam de Cratero & Neoptolemo retulit Eumenes. Sed res habet aliter. Nam eius partae nuntius tum demum venit, cum Perdiccas ſuorum manibus perierat, ipſo teſte Diodoro c. 37, nec Plutarcho Eumen. p. 587 diſſentiente. Ea proinde eſt, qua diebus ante poſteriorem hanc decem Neoptolemi conatus disiecerat. Paullo ante προῆγεν ἐπὶ Κιλικίαν non muto, tametſi ἐπὶ Κιλικίας longe tritius ſit. Codd. obſtant. WESS.

ead. l. 13. Καὶ γὰρ φονικὸς ἦν) Imperioſum & atrox Per-

diccae ingenium notarunt Iuſtinus L. XIII, 8, & Arrianus in Biblioth. Phot. p. 221. WESS.

Pag. 86. *l.* 14. Ὁ προσηγορεύετο Καμήλων τεῖχος) Saepe τεῖχος de arce atque caſtello. Vid. ad L. XIII, 69. Statim rectius erit ἡγουμένων μὲν, monente in not. Auctario Rhodomano. WESS.

Pag. 87. *l.* 3. Οὓς διενοεῖτο πέμπειν) Mallem compoſito ἐπιπέμπειν locum dediſſet, ut ſimili in re Herodianus Lib. III, 5, ἐπιπέμπει ταῖς πόλεσιν ἀμφοτέραις Μαυρουσίους τε ἀκοντιστὰς &c. WESS.

ead. l. 14. Καὶ τὰς ἐπάλξεις ἐῤῥίπτουν) Ἔῤῥηττον non nemo, cui etſi patrocinari videatur frequens τῶν ἀνέῤῥηττον & ἀνεῤῥιπτον confuſio, non accedo. Vulgatum nihil habet, cur ſperni debeat. Conf. Ioſeph. in Belli Hiſtor. Lib. III, 1, 9. WESS.

Pag. 89. *l.* 3. Διημερευσάντων τοῖς κινδύνοις) Si praepoſitionis abſentia moleſta ſit, inſpice L. XII, 61. WESS.

ead. l. 7. Πρὸς ἣ συμβαίνει σχίζεσθαι) Adi L. I, 33. WESS.

ead. l. ult. Ἐκδεχόμενος τὴν &c.) Refarci ἐκδεχομένους τὴν καταφορὰν του ποταμοῦ καὶ καταπραΰνοντας. RHOD. Optime Rhodomanus, cui viam monſtraſſe, niſi ſatis ea eſſet expedita, Caſtellionem diceres. Vertebat enim, *elephantos ad ſiniſtram collocavit, qui fluminis impetum excipientes, fluctus mitigarent.* WESS.

Pag. 90. *l.* 12. Ἐγκεχωσμένην διώρυγα πάλιν ἐκφραχθῆναι) Foſſae id genus per Aegyptum, ut Nilotica aqua ex agricolarum uſu diſpenſaretur, plures erant. Erant & *Chomata*, ſive aggeres fluvii aquam coërcentes, & in aggeribus *Diacopi*, de quibus in leg. 10 D. de Extraordin. Criminib. & ſupr. L. I, 52. Recte vero Noſter incrementi eius, quod Perdiccae exercitui adeo incommodum in fluvii traiectu accidit, originem & cauſam aliunde derivat. WESS.

Pag. 91. *l.* 11. Προσέταξεν εἰς τοὐπίσω πάλιν ἀπιέναι) Particula quaepiam videtur ante vel poſt προσέταξεν omiſſa fuiſſe: aut paullo ſuperius, ſecunda abhinc linea, ante vel poſt τῶν μέν. Nam etſi alii quoque loci ſimiles, aut ſaltem propemodum ſimiles, reperiuntur apud hunc ſcriptorem, huiuſmodi omiſſionem tamen vix eius idiomati adſcribere auſim. STEPH. Legeris καὶ τῶν μὲν διαβεβηκότων, ut vir doctus ſuſpicatus eſt, pulchre decurret orationis tenor. Id miror, nihil hic de ſtrategemate addi, quo Perdiccam Ptolemaeus egregie circumſcripſit apud Polyaen. Lib. IV, 18,

& Frontinum L. IV, 7, 20, cum nota Oudendorpii. Wess.

Pag. 92. *l.* 1. Οἱ πλεῖστοι δὲ παρενεχθέντες &c.) *Fluvii impetu ablati*, ut capitis principio. δι' ὧν ἐξεδέχετο τοὺς παραφερομένους· & L. XIV, 115, οἱ δὲ — διὰ τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥεύματος παρεφέροντο. Lucianus Hermot. c. 86, ὅτι με παραφερόμενον ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάῤῥου καὶ τραχέος — — ἀνέσπασας· quod viri docti, proſcripto τῷ περιφερόμενον, optimo iure praeoptaverunt. Scribendum itidem erat meliorum Codd. conſenſu in auctore Epiſt. ad Hebr. c. XIII, 9, διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε, i. e. *ne patimini vos abripi*, torrentis in modum. Quid enim tritius tali figura? Plutarchus T. II, pag. 5 E. ὅ γε μὴν πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων. Appian. Hannib. p. 549, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ παραφέροντος — οὔτε στῆναι — οὔτε νεῖν ἐδύναντο. Wess.

Pag. 93. *l.* 5. Ὁ τοὺς ἅπαντας Ἕλληνας καταπολ.) Nonne rectius τοὺς ἀποστάντας; Rhod. Ὁ τοὺς ἀποστάντας &c.) Citra dubium hoc auctor reliquerat. Vitio anſam ſcripturae praebuit compendium, quod & ex ἀποστάντων ſupra c. 4 in Baſil. edito fecerat ἁπάντων. Confer huius libri cap. 7, & invitis Codd. ita reſtitutum fuiſſe, non indignabere. Wess.

ead. l. 9. Κατέσφαξαν τὸν Περδίκκαν) Conſentiunt Strabo L. XVII, p. 1144, Pauſanias L. I, 6, cum Kuhnii nota, & Arrian. apud Phot. p. 221. Non item Corn. Nepos in Eumene c. 5, qui quidem, cum Perdiccam a Seleuco & Antigono interfectum fuiſſe affirmat, difficulter fidem prudentioribus faciet. Wess.

ead. l. ult. Διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν, τούτου μὲν οὐκ &c) Edebatur διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν βιαζόμενος, τούτου & ſeqq. Quorum βιαζόμενος membranarum imperio proſcripſi, quippe nulli rei, hoc certe loco. Wess.

Pag. 94. *l.* 10. Εὐθὺς ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες) Recte: duo enim dies abierant a nece Perdiccae, cum victoriae nuntius in Aegyptum perferretur, Plut. Eumen. p. 587 E. Wess.

Pag. 95. *l.* 1. Καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πεντήκοντα) Eadem Arrian. in Photii Cod. xcii, p. 221. Facta autem ea condemnatio ab exercitu, quod is vetuſto Macedonum more de capitalibus rebus inquirebat, ceu notum ex Curtio eſt L. VI, 8, 25. Wess.

Pag. 96. *l.* 4. Ἀντιπερισπάσαι βουλόμενοι τὸν Ἀντίπατρον) Legitimum eſt ἀντιπερισπάσαι. Polyb. L. II, 24, ὡς ἂν ἐμβα-

λόντες εἰς τὴν τῶν Βοιῶν χώραν ἀντιπερισπῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας, *ut facta in Boiorum regionem excurſione, eos, qui exierant ad ſua defendenda, retraherent.* Plura ad Lib. XIV, 49. Statim ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους legitimum eſſe, oſtendunt ſequentia. Wess.

Pag. 97. *l.* 2. Ἀκαρνᾶνες ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Αἰτωλοὺς) Perpetuae inter vicinas has gentes erant inimicitiae, quarum inſigne indicium exhibent Polybii fragmenta apud Suidam in Ἐναύειν & Ἐπαλγοῦντες. Namque ad Acarnanas illorumque in Aetolos expeditionem, etſi hac ſerius ſuſceptam, ea pertinere, Livius Lib. XXVI, 25, locuples teſtis eſt. Wess.

ead. l. 6. Μένωνα τὸν Φαρσάλιον) Videtur is eſſe, de quo ſuperius cap. 15 huius libri. Wess.

Pag. 98. *l.* 3. Εἰς Τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας) Vocat τὴν ἄνω Συρίαν, quae ultra Orontem fluvium in Ciliciam vergit, L. XIX, 93, & XX, 48. Quare in Τριπαράδεισον haud male congruit ſitus urbis *Paradiſi* non longe a Laocidea Scabioſa apud Ptolemaeum Lib. V, 15, pag. 160, & Plinium Lib. V, 23. Wess.

ead. l. 5. Οἱ περὶ τὸν Πύθωνα &c.) Non ille ſolum, ut voluit interpres, ſed & Arrhidaeus eius collega, indice Arriano apud Phot. p. 221, ubi de Eurydice & mota a militibus in Antipatrum ſeditione copioſius. Wess.

Pag. 99. *l.* 6. Τῶν δ' ἄνω σατραπειῶν) Bene ſit amanuenſi Reg. 2. qui veram Diodoro ſcripturam reddidit. Arrianus dicto loco, τῶν δὲ ΑΝΩ σατραπειῶν, τὴν μὲν μέσην τῶν ποταμῶν γῆν καὶ τὴν Ἀρβηλῖτιν Ἀμφιμάχῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ ἔνειμε. Adde huius lib. caput ſeptimum, unde ſimilem maculam deterſimus. Porro Ἀρβηλῖτιν refinxi ex altero Regio. Ἄρβηλα enim Ἀρβηλίτας & Ἀρβηλῖτιν formant, nunquam Ἀρβελῖτιν. Conſentit Arrianus, uti vides. Wess.

ead. l. 8. Ἀντιγόνῳ δὲ τὴν Σουσιανὴν) Corrige ocius Ἀντιγένει. Antigono, ut ſtatim ſuccedit, aliud muneris & amplius quidem iniunctum fuit. Iterum Arrianus, Ἀντιγένει δὲ τῷ πρώτῳ μὲν ἐπιθεμένῳ Περδίκκᾳ, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἡγουμένῳ, τῆς Σουσιανῆς ἁπάσης ἄρχειν. Quae quidem hominem ita ſignant, ut dubium non relinquatur de correctionis fide. Vid. modo infra cap. 62. Geminum mendum Freinshemius, cui neque hoc latuit, ſuſtulit ex Curtii L. VIII, 14, 15. Wess.

Pag. 100. *l.* 9. Καὶ Λυκίαν Ἀντιγόνῳ) Supra cap. 3, Ἀντι-

γόνῳ δὲ Παμφυλίαν καὶ ΛΥΚΙΑΝ καὶ τὴν μεγάλην καλουμένην Φρυγίαν. Optime ergo veteres ſchedae, praeſertim cum adſtipuletur Arrianus, & Philoxeno Cilicia fuerit contributa. Simile peccatum corrupit Dexippi verba apud Phot. Cod. LXXXII, p. 200, Ἀντίγονος δὲ Παμφύλων καὶ Κιλίκων μέχρι Φρυγίας. Atqui Cilices priore diviſione, qua de Dexippus, imperio Philotae erant permiſſi. Sed ſcripſerat καὶ Λυκίων ille. WESS.

ead. l. 10. Καρίαν δὲ Κασσάνδρῳ) Arrianus Καρίαν δὲ Ἀσάνδρῳ ἔνειμε, Λυδία δὲ Κλείτῳ ἐδόθη. At in priore diviſione Καρῶν Κάσσανδρος apud eundem eſt praefectus, in Dexippo vero Photii pag. 200 Καρῶν δὲ Ἄσανδρος. Dubium itaque, Caſſanderne, an Aſander, Cariae fuerit impoſitus. Freinshemius ad Curtii L. X, 10, p. 815, in Caſſandri partes tranſiit, Noſtro huius libri c. 3, & Iuſtino L. XIII, 4, favente; quam tamen in Curtiano Indice ſententiam repudiavit, Aſandrum praeoptans. Et, me quidem arbitro, prudenter. Nam in priore diviſione, non diffitente Iuſtino, Caſſander Antipatri filius *ſtipatoribus regis ſatellitibuſque* praefectus eſt. Qui potuit ergo eodem tempore Cariam adminiſtrare? Hac vero ſecunda provinciarum deſcriptione a patre adiunctus eſt Antigono, ut Chiliarchi munus fungens conſilia viri ſpecularetur. Proinde Ἀσάνδρῳ & hic & cap. 3, tum etiam in Arriano, Iuſtino, Oroſio verius erit. Porro Λυδίαν δὲ Κλείτῳ reddidi, quod Lycia fuerit iuris Antigoni, Lydiamque praeter Arrianum Clito aſſignet ipſemet auctor L. XVIII, 52. WESS.

Pag. 102. *l.* 8. Ἐποίησε προδότην γενέσθαι) Puto non ἐποίησε, ſed ἔπεισε, Diodorum ſcripſiſſe. STEPH. Non eſt neceſſe, ut mutetur. Verte, *operam dedit, ut proditor fieret*, & vide ipſum Stephan. Theſ. T. III, p. 434. WESS.

ead. l. 11. Ἐπιβαλὼν ὁ Ἀντίγονος &c.) Poſſet ſine gravi iactura participium iſtud in exſilium abire, nec ſede tamen, quam meliores ſchedae tuentur, everto. Indicatur, Antigonum, impreſſione cum omni exercitu facta, loca ea occupaſſe. Simillimum eſt, ſi ſola verba ſpectes, S. Marci Evang. XIV, 72, de Petro καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. Sed ſententia longe longeque diſtat. Vult enim, Petrum, delicto, quod admiſerat, ad animum revocato, in fletus fuiſſe ſolutum. Scio, viros multo eruditiſſimos de iniecta in caput veſte diligenter plura commentari, quae vereor ut illi loco pulchre conveniant. Vide hoc potius Imp. Antonini L. X, 30, τούτῳ γὰρ ἐπιβαλὼν, ταχέως ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς, *hoc ad animum*

ſi revocaveris, cito irarum obliviſceris. At iſta huius non ſunt loci. Wess.

Pag. 103. *l.* 3. Καὶ τοῦ Ἀπολλωνίδου &c. *ποιήσαντος — διάστασιν*) Puto hominem deſignari a Plut. Eumen. p. 588 D. in proelii eius deſcriptione diligentius verſato. Wess.

ead. l. 8. *Διὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν — οὐκ ἀθυμῆσαι*) Exterito particulam negantem, vel ſcribito *οὐκ εὐθυμῆσαι.* Rhod. *Διὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν τῆς ἀποσκευῆς ἀθυμῆσαι*) Prius conſultius eſt ob ſcriptorum Codd. aſſenſionem. Plutarchus nihil hac de re. Wess.

ead. l. 15. Ὃ *προσηγορεύετο* Νῶρα) *Phrygiae caſtellum* dicitur a Nepote c. 5. Melius Plutarcho *χωρίον ἐν μεθορίῳ Λυκαονίας καὶ* Καππαδοκίας. Ibi enim Sargarauſene, in qua *Nora*, progreſſu temporis *Neoraſſus* appellata apud Strab. XII, p. 812 A. Wess.

Pag. 104. *l.* 9. Περὶ ἑξακοσίους) Plutarchus equites quingentos & gravis armaturae ducentos, e quibus aliqui concedente Eumene aliorſum abierint, annumerat: leve ergo id diſcrimen eſt. At auctor ipſemet huius lib. cap. 53 intra obſeſſam arcem quingentos dumtaxat amicorum Eumenis fuiſſe ait: quae quidem faciunt, ne numeris iſtis ſtrictiſſime inhaeream. Wess.

Pag. 105. *l.* 9. Μείζονας ᾔτει *φιλανθρωπίας* &c.) Uberior in his exponendis Plutarchus eſt, quem vitae Eumen. pag. 589 C. conſule. Wess.

ead. l. 15. Ἐπὶ *τοὺς πορευομένους*) Reſtitue *ἐπιπορευομένους.* Rhod.

Pag. 106. *l.* 4. Ἱερώνυμος ὁ *τὰς τῶν διαδόχων ἱστορ. γεγραφὼς*) De eodem Hieronymo Cardiano Eumeniſque popolari inferius cap. 50, & XIX, 44. Tum *περὶ τῶν διαδόχων* in not. ad L. I, 3. Scripſit & *τὰς τῶν διαδόχων πράξεις* Agatharchides Cnidius, de quo Ioſephus Antiq. Iud. L. XII, 1, 1. Wess.

ead. l. 5. Οὗτος δὲ *πολλαῖς* &c.) Scribe *αὐτός.* De Eumene enim ſermo eſt, non de Hieronymo, cuius obiter hic mentio inſeritur. Rhod.

ead. l. 9. Κενὸν ἔχοντας τὸ *τῆς βασιλείας πρόσχημα*) Conf. Spanhem. ad Iuliani Caeſar. in notar. Comprobation. pag. 33, & ad Ariſtophan. Ran. v. 944. Solet auctor *πρόσχημα βασιλείας* nomen dignitatemque regiam appellare: nam in Excerpt. Valeſ. p. 313 ὁ Ἀντίοχος *ἀνὴρ ἐφάνη πραγματικὸς καὶ τοῦ* ΠΡΟΣΧΗΜΑΤΟΣ *τῆς βασιλείας ἄξιος·* pro quo Po-

lybius, quem aemulatus eſt, in Excerpt. p. 1446, Ἀντίοχος — ἦν καὶ πρακτικὸς καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ΟΝΟΜΑΤΟΣ ἄξιος. Tum Excerpt. Urſin. XXII, p. 322, Προυσίας ἀνάξιος τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος. Quo quidem uſu Philippus, Alexandri pater, ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας in Polybii L. V, 10; ὄνομα καὶ πρόσχημα τῆς Ἐπαμινώνδου στρατηγίας in Plut. Pelopid. p. 295 F. & τὸ πρόσχημα τῆς Ἀμφικτυονίας in eiuſdem T. II, p. 794 B. E quibus, cetera, quae ad manum ſunt, omitto, liquido apparet, κενὸν τῆς βασιλείας πρόσχημα eos habere, qui nomine tenus reges ſunt, aliis imperii auctoritate inſtructis. Ioſephus Ant. Iud. L. XIV, 12, 2, de Hyrcano, rege quidem Iudaeorum, ſed cuius maieſtatem occupaverant Phaſaelus & Herodes, ΠΡΟΣΧΗΜΑ μὲν εἶναι λέγοντες τῆς βασιλείας Ὑρκανὸν, τούτους δὲ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν ἔχειν. Recte ergo atque eleganter de eodem Arrhidaeo & Antigono, quo de Diodorus, apud Plut. T. II, pag. 791, Ἀλλ' ὁ μὲν ἅπασαν ὀλίγου δεῖν κατεκτήσατο τὴν Ἀσίαν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς δορυφόρημα, κωφὸν ἦν ὄνομα βασιλείας, καὶ πρόσωπον ὑπὸ τῶν ἀεὶ κρατούντων παροινούμενον. WESS.

Pag. 107. *l.* 6. Τρεῖς δοκίδας ἑωρήσας) Legatur αἰωρήσας pro ἑωρήσας, vel μετεωρίσας. RHOD. Τρεῖς δοκίδας αἰωρήσας) Sequor Rhodomani & ſermonis iudicium. Vitium peperit depravatior pronuntiatio, quae & in Porphyrio Lib. IV Abſt. A. c. 8, dederat ὅτι μήτε περιπάτοις ἢ ἑώραις χρώμενοι loco αἰώραις. Et ἑωρουμένοις ac ἑωρεῖτο, pro αἰωρουμένοις, ᾐωρεῖτο, in Ioſepho Ant. XVIII, 6, 5, cum nota Spanhemii. De re ipſa, etſi in paucis diſcrepantes, Corn. Nepos Eumen. cap. 5, & Plut. in eiuſdem Vit. p. 590 A. videndi ſunt. WESS.

ead. l. ult. Καὶ διὰ τῆς ὁμοίας συμπεριφορᾶς &c.) Dixi de voce ad L. III, 63. Hic convivium comitate coniunctum exprimit, veluti in Excerpt. Valeſ. p. 409, διαίτῃ μὲν γὰρ ἐχρῆτο λιτῇ, λουτρῶν δὲ καὶ συμπεριφορᾶς τρυφὴν ἐχούσης ἀπείχετο. Polyb. L. V, 37, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς συμπεριφορὰν ἐγένετό τις αὐτοῖς ὁλοσχερὴς εὔνοια. Adde eiuſdem libri c. 26. WESS.

Pag. 108. *l.* 13. Λαομέδοντα μὲν τὸν σατράπην ἐζώγρησε) Abductus eſt Laomedon in Aegyptum, unde brevi poſt elapſus ad Alcetam ſeſe in Cariam contulit, referente Appiano Syr. p. 194. Syria tum omnis & Phoenice in ditionem Ptolemaei una cum Iudaeis, de quibus Ioſeph. Ant. XII,

1, 1, & L. I in Apion. c. 22, venit, deditque deinceps materiam bellis, quibus Lagidae & Seleucidae invicem ſeſe attriverunt. Vide Polybium L. V, 67, & Ioſeph. Scaligerum ad Euſeb. Chron. ann. MDCXCV. WESS.

Pag. 109. *l.* 4. Κόϊντον Ποπίλιον &c.) Annales Capitolini Ποπλίλιον edunt, ubi collega ipſi additur Λεύκιος Παπίριος. Praeteriti autem ſunt a Diodoro biennii praecedentis conſules iuxta atque Archontes. Quod non obſcure defectum in auctore inſignem alicui arguit. RHOD. Conſulum nomina recte a viro doctiſſimo inſtaurari, Livius teſtabitur L. IX, 7. Deeſſe quoque bina conſulum paria & duos Atticae civitatis Archontes huic libro, res eſt exploratiſſima ipſius Diodori teſtimonio, VII ſe annorum geſtas res hoc libro fuiſſe complexum notantis cap. 1. Id in ambiguo, deficiantne ante Apollodorum, an poſt eius magiſtratum cap. 58 huius libri. Poſterius in mentem venit Palmerio, ut ibi videbis; prius praeter Rhodomanum hunc in modum adſtruxit H. Dodwellus: *Vel hinc intelligimus, ſupremum ſuperioris libri Archontem (quicunque demum is fuerit) ad annum Olymp. CXV, 3, ſpectare, pro mente Diodori. Et locum adeo illum eſſe Archippi, ni deſint in fine libri XVIII duo Archontes; non autem illum, quem fingit Meurſius, Olymp. CXV, 1, praeeunte Rhodomano. Nullum ſane Archippo adiungit Diodorus Olympionicen, aut numerum Olympiadis, quod tamen illi ſollemne eſt in annis Olympiadum primis. Nexum praeterea, pro mente Diodori, docent adiuncti Archippo & Demogeni Archontibus Romani Coſſ. qui ſe invicem proxime excipiunt in Faſtis Romanis. Similis eſt nexus Coſſ. quos cum Archonte Apollodoro committit Diodorus. Proinde magiſtratum tenuit Apollodorus Olymp. CXV, 2, pro hypotheſibus eiuſdem Diodori. Tum demum deſunt in Faſtis Diodori duo conſulum paria. Hoc enim ſpatium eſt inter (praeturam) Philoclis & Apollodori. Hic itaque ſtatuenda eſt Diodori lacuna, ut deſint apud illum Archontes Olymp. CXV, 1, & CXIV, 4. Et recte adeo Olymp. CXIV, 3, tenebit Archon Philocles pro hypotheſibus Diodori. Sic ergo Archontes, ſi ad annos Olympiadum accommodentur, non incommode ſe, ut opinor, habebunt, ſaltem pro ſententia Diodori.*

Olymp.	Archontes.	Olymp.	Archontes.
CXIV, 3.	*Philocles.*	*CXV, 2.*	*Apollodorus.*
CXIV, 4.		*CXV, 3.*	*Archippus.*
CXV, 1.		*CXV, 4.*	*Demogenes.*

Idem colligimus e Dionyſii Halicarnaſſei Dinarcho (pag. 116).

Ibi hanc habemus Archontum ſeriem, Philocles, Archippus, Neaechmus, Apollodorus, Archippus, Demogenes. *Hinc apparet, omiſſos in Diodoro Archontes illis ipſis, quos diximus, locis inſerendos. Sic veris Olympiadum annis aſſignabuntur res a Diodoro ſub his Archontibus narratae. Nec aliter conſtabit, quod ait Diodorus, decennio patriae praefuiſſe, cum eiiceretur, Demetrium Phalereum. Fugam Demetrii Phalerei Olymp.* CXVIII *narrat ipſe Diodorus. Itaque neceſſe eſt, ut Olymp.* CXV, 3, *fuerit, ad minimum, quo ad urbem Athenienſem venerit, Demetriumque Phalereum praefecerit Caſſander. Illius autem anni Archontem Olymp.* CXVI, 1, *tribuunt Rhodomanus & Meurſius, quod facere tamen ne quidem potuit Diodorus.* Hactenus ille ad Diſſert. V de Cyclis p. 805. Quae, ſi Rhodomani reprehenſionem excludas, probari poſſunt. Lacunae vero ubi ſit dandus locus, nondum conſtitutum eſt. Non poterit quidem eſſe ſub finem ſuperioris capitis: cohaerent artiſſime res Eumenis, neque ultra anni ſpatium prorogata obſidio fuit, quam Noris fortiſſime toleravit, ut ex Nepote in Eumen. c. 5, & Noſtro c. 53 abunde liquet. Malim arbitrari, ante c. 39 plura deeſſe. Certe eodem anno omnia, quae ſub Philoclis magiſtratu dicuntur adminiſtrata, geſta fuiſſe, nemo temere opinabitur. Deficiunt autem plurima, atque in primis res Siculae, quas hoc ſe libro diligenter tractaſſe profitetur Diodorus L. XIX, 3. Praeterea molitiones Antipatri in Eumenem, expeditioque Attali in Rhodios, aliaque, de quibus obiter Arrianus in Photii Biblioth. p. 225. Dolenda proinde illa iactura, cui opem Codd. quos quidem noverim, praefracte negant. WESS.

ead. l. 15. Εἰς τὴν — Κρητῶν πόλιν) Ptolemaeo L. V, 5, Κρητόπολις in Palat. & Coiſlin. libris & verſione Ulmenſi ann. MCCCCLXXXVI. Vulgo Κρησσόπολις. Cum Noſtro facit Polybius, τὴν καλουμένην Κρητῶν πόλιν in Milyade locans L. V, 72. WESS.

Pag. 110. *l.* 4. Τοῖς — προκατέχουσι) Aeque commodum hic atque opportunum προκαταλαβοῦσι. Elige ergo. Nam alterutrum ex gloſſa in orationem immigraſſe, citra dubium eſt. Proelii huius memoriam ſervavit, in omnibus tamen minime Noſtro conſentaneus, Polyaen. Lib. IV, 6, 7. WESS.

Pag. 111. *l.* 12. Τῶν ἱππέων — περιχεομένων) Deterſi maculam, qua participium hoc adſperſum ſaepe eſt his in libris. Confer ſuperius cap. 30. WESS.

Pag. 112. *l.* 4. Καὶ τῶν παίδων) *Liberos* dedit interpres,

haud ſcio an prave. De liberis Alcetae altum certe quidem ſilentium eſt apud Polyaenum & in illis, quae ſtatim conſequuntur. Quid enim factum illis, cum pater interficeretur? Ego *ſervitia* mallem. Wess.

ead. l. 5. Ὄνομα Τερμησσὸν) Una litera auctius eſſe iuſſi urbis nomen. Scio Τερμισσὸν Dionyſii Perieg. v. 859. Sed alterum ſcriptorum uſu, nummorum & lapidum auctoritate munitius videri, docebit Holſtenii ſollertia ad Stephani Τερμισσός. Oportet autem cito ex ruinis reſurrexerit Termeſſus, ſi Alexander eam everterit ex Strabonis fide Lib. XIV, p. 982 C. Wess.

Pag. 113. *l.* 1. Καὶ μεστὴν ὀχυρῶν φρουρίων) Vide Strabonem L. XII, p. 855 A. Wess.

Pag. 114. *l.* 8. Προσαγόμενον τοὺς ἐκ τῆς πόλεως) Erunt fortaſſe, quibus προαγαγόμενον huic loco aptius videbitur. Mihi alia mens. Προσάγεσθαι alliciendi quadam poteſtate in Diodori hac Bibliotheca ſaepe recurrit. Wess.

Pag. 115. *l.* 11. Τὸν μὲν πόλεμον ἀπεστρέψαντο) Verum erit ἀπετρίψαντο, de quo ad L. XV, 4, abunde. Reddamus id ipſum Polybio L. X, 13, οἱ μὲν οὖν ἔνδον περιχαρεῖς ἦσαν ὡς ἀποτετριμμένοι τὸν κίνδυνον. Sic enim ſcripſerat, non ἀποτετραμμένοι. Idem Lib. III, 102, ὅμως δὲ χειμαζόμενος ἔμενε, τοὺς πλησιάζοντας ἀποτριβόμενος. Wess.

Pag. 116. *l.* 3. Δόντες δ' ἑαυτοὺς εἰς λῃστείας &c.) Conf. not. in L. V, 59. Demoſthen. pro Coron. p. 170, καὶ ἔδωκα ἐμαυτὸν ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. Polyb. III, 19, καὶ παραβόλως διδοὺς αὑτὸν εἰς τοὺς κινδύνους. Noſter L. XVI, 5, μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικόν· & L. XVII, 108, de Harpalo, δοὺς δ' ἑαυτὸν εἰς τρυφὴν &c. Wess.

Pag. 117. *l.* 9. Ἐξέπεμψαν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον) Legationem hanc ſuſcipere recuſaverat Phocion, ſic decurſum eſt ad Demaden, Plut. Phoc. p. 755. Wess.

ead. l. ult. Παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν &c.) Scripſerat Perdiccae σώζειν τους Ἕλληνας ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος ἠρτημένους, *ut Graecos ſervare ex putri & vetere filo pendentes vellet*, contumelioſe ſeni & amico Antipatro inſultans, teſte Arriano apud Phot. p. 217, nec diſſentiente Plut. in extrema vita Demoſthenis; nam in Phocion. dicto loco literis ad Antigonum id perſcriptum fuiſſe affirmat, ſecum ipſe diſcordans. Wess.

Pag. 118. *l.* 7. Παρέδωκε τοῖς ἐπὶ τὰς τιμωρίας τεταγ-

μένοις) Immo vero Caſſander, ſi Plutarchus & Arrianus non fallunt. Quae tamen levis diſcordia. Caedes peracta eſt Antipatro vivo & probante. Wess.

ead. l. 11. Ἐσχάτως ἤδη διακείμενος) De Agathocle Eclog. XII lib. XXI, p. 865, μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις. Agatharchides de Rubr. Mar. p. 11, τὸν δὲ Ἥφαιστον — — εἰς Λῆμνον ἐνεχθῆναι, διακείμενον ἐσχάτως. Nempe ἔσχατα νοσήματα Hippocrates in Aphoriſmis vocabat τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, Galeno interprete Comment. pag. 223. Hinc populari ſermone ἐσχάτως διακεῖσθαι & ἐσχάτως ἔχειν ferebantur, qui morbi violentia in extremis erant. S. Marcus Evang. c. V, 23, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· Diodorus Excerpt. Valeſ. p. 242, πυθόμενος τὸν Φερεκύδην — ἐν Δήλῳ νοσεῖν καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν. Cultiores tamen hoc genus improbant, quoniam ἡ τοῦ ἐσχάτως χρῆσις ἐπὶ τοῦ ἄκρου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐνομίζετο, quae Phrynichi verba. Wess.

ead. l. ult. Ἡ δὲ τοῦ χιλιάρχου τάξις καὶ προσαγωγὴ &c.) Arbitror καὶ προαγωγὴ ſcriptum ab auctore fuiſſe, ut honoris gradum, quo Chiliarchus conſpicuus erat, indicaret. Plut. de Anim. Tranq. pag. 466 C. διὰ ταῦτα ΠΡΟΑΓΩΓΑΣ ἐν αὐλαῖς διώκουσι, *propterea ut honoribus in principum aulis admoveantur, ſtudent.* Confer inferius c. 62. Tu ſi aliud cenſeas, προσαγωγὴν accipe de admiſſionis officio, & vide Lamb. Bos Obſerv. Crit. c. 35. Erant Chiliarchi partes τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζειν τῷ βασιλεῖ apud Aelian. Var. Hiſt. Lib. I, 21, eumque adeo primum conveniebant, quibus rege compellato erat opus. Conon *primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, QUI SECUNDUM GRADUM IMPERII TENEBAT, Tithrauſten acceſſit*, inquit Corn. Nepos in Conon. c 3. Putes de eodem munere Arrianum loqui in Phot. Biblioth. pag. 216, Περδίκκαν δὲ χιλιαρχεῖν χιλιαρχίας, ἧς ἦρχεν Ἡφαιστίων· τὸ δὲ ἦν ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. At ſecus eſt. Hephaeſtio praefectus erat alae equitum, quos ἑταίρους Macedones vocabant, quae dein praefectura Perdiccae fuit mandata, Noſtro indice huius lib. c. 3. Wess.

Pag. 119. *l.* 14. Περὶ τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας) Qui Μακεδόνων ἡγεμονίαν ſubſtituerunt Critici, non videntur animadvertiſſe, Caſſandri patrem fuiſſe ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων, curamque imperii univerſi adminiſtraſſe; quam eandem cum Caſſander affectarit, cur vulgatum mutaremus? Wess.

Pag. 120. *l.* 14. *Τὴν βασιλικὴν ἔχουσαν προστασίαν*) Interpres *regia fungens adminiſtratione*; cui favere videtur Graecorum mos, *ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν* iungentium. Philo Iud. de Rer. Div. Hered. p. 500, *ὧν γεωργία τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν ἔλαχε*. Iterum de Ioſeph. p. 561 E. *καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης τὴν ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν παρελάμβανεν*. Mitto cetera: delectatur enim hoc genere ſcriptor is. Hoc ego tamen loco regiae dignitatis ſpeciem & pompam, qua inter Macedones conſpicua iterum foret Cleopatra, indicari puto. Namque regni regumque tutelam ſi intendiſſet, *τῶν βασιλέων προστασίαν* praeſtitiſſet, uti cap. 23 huius libri. Opportune Polybius de uxore Mandonii Lib. X, 18, *καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα καί τινα προστασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα*. *Erat enim mulier magno natu & ſpeciem dignitatis cuiuſdam & maieſtatis prae ſe ferebat*, bene Caſaubonus. Tum Excerpt. Legat. p. 1093, Philippus *ἀνέβαινεν εἰς ἄστυ μετὰ μεγάλης προστασίας*, i. e. *magna cum pompa*. Vide ad Lib. XVII, 34. Wess.

Pag. 121. *l.* 3. *Ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων*) Hoc legitimum. Singuli rebus ſuis provinciarum praefecti ſtudebant, prolatandiſque ditionis finibus. Supra c. 39 de Antigono, *ὅπως μὴ δύνηται διαλαθεῖν ἰδιοπραγῶν*. Et cap. 42, *πάντας* (Macedonum duces) *ἰδιοπραγεῖν βουλομένους*. Wess.

ead. l. 11. *Περιβαλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν*) Habet auctor L. XIX, 52, *περιελάμβανε* (Caſſander) *ταῖς ἐλπίσι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν*. Nihil tamen moveo. *Δύναμιν περιβάλλεσθαι* & *ἀρχὰς περιβάλλεσθαι* Iſocrates, Plutarchus, atque alii, illos cum dixerint, qui copiis imperioque erant inſtructi, cur ad haec adhaereſcamus? Succurrit ipſe Diodor. L. XX, 41, *περιεβάλετο* (Ophellas) *ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν*. Plutarchus Eumen. p. 590 C. *ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὴν ὅλην περιβαλλόμενος ἡγεμονίαν*. Wess.

Pag. 122. *l.* 2. *Ἑτοίμας ποιήσασθαι — ἤλπιζεν*) Ne moleſtum ſit *ποιήσασθαι*, ecce tibi Herodianum L. I, 12, *ἤλπισε προσάξασθαι τόν τε δῆμον καὶ τὸ στρατόπεδον*. Cuius generis nunc plura non addo. Factum alias eſt. Mox *καὶ τὰς ἄλλας*, articulo addito, Rhodomanus in not. Auctario corrigit. Wess.

Pag. 123. *l.* 5. *Πρὸς δὲ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καθεστάναι*) Ex uſu & re amicorum ſuorum, ut in Lucianeo *πρὸς ἐμοῦ λέγεις* Dial. Deorum XX, 3, paſſimque apud alios. Vir doctiſſimus diverſus abiit. Wess.

ead. l. 10. Τὰς — πόλεις φρουραῖς περιλαμβάνειν) In hoc acquieſco. Διαπαραλαμβάνειν, quod ſchedae veteres porrigunt, duplicem ſcripturam, ut ſaepe, coniungit, quarum διαλαμβάνειν φρουραῖς ſive φυλακαῖς his in libris multifariam iteratur, altera παραλαμβάνειν vitioſa eſt atque ex περιλαμβάνειν progenita. WESS.

Pag. 124. *l.* 3. Ἀναλαβὼν) Corrigebat Rhodomanus καταλαβὼν, quod ad ſententiam bene congruit. Forte tamen ἀπολαβὼν verius erit, quoniam auctor τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένους hos ab Arrhidaeo interceptos ſtatim appellat. Suidas ex Ioſepho διώξαντες ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους — καὶ πάντας κτείνουσι. WESS.

Pag. 125. *l.* 7. Διὰ τὸ χερρόνησον αὐτὴν εἶναι) Paria Stephanus in Κύζικος, cui Strabonem non obmoviſſet L. Holſtenius, affirmantem L. XII, pag. 861, inſulam eſſe, quae duobus pontibus continenti adhaereat, ſi fata urbis recordatus eſſet, quaeque a Criticis Apollonio Rhod. I, 936, & Caſaubono adſcripta Straboni fuerunt. Quod vero addit Geographus, duplici portu propter eos pontes fuiſſe inſtructam, partemque urbis monti, cui Ἄρκτων ὄρος nomen erat, accubuiſſe, veriſſimum veterum teſtimoniis reperitur. Docent Critici iidem, portuum uni Πανόρμου titulum fuiſſe, alteri vero Χυτοῦ, ad Apollon. I, 954 & 987, praeterea montem a nutricibus Iovis *in urſas*, εἰς ἄρκτους, transformatis eſſe dictum v. 937. Video equidem in ſcholiis iſtis Ἄρκτον ὄρος, ſed cauſa adiuncta Ἄρκτων deſiderat, ipſeque Poëta v. 1150. Unde mirum accidit, Ἄρκτων ὄρος in Strabone damnari. WESS.

Pag. 126. *l.* 6. Ἔτυχε μὲν ἐν Κελαιναῖς διατρίβων) Quondam Phrygiae caput urbs Celaenae, poſita loco amoeniſſimo, nec longe a finibus Lydiae, Cariae, Cappadociae, Pamphyliae. Vide Dionem Chryſoſt. Or. XXXV, p. 432, & Strabon. L. XII. WESS.

Pag. 127. *l.* 1. Ἀποστατήσων) Librarii diſtracta voce ἀποστάτης ὢν provulgarunt, quos ſequi nihil neceſſe fuerit, cum ἀποστατεῖν locuplete veterum patrocinio munitum ſit. WESS.

ead. l. ult. Ἐκβαλεῖν τὸν ἐν αὐτῇ σατράπην Κλεῖτον) Confer libri huius cap. 39. WESS.

Pag. 128. *l.* 12. Πρὸς τὰς τῶν ξένων μισθοφορὰς) Recipi poteſt μισθοφορίας ob Codd. plerorumque concordiam. Supra quidem L. XVII, 73, κατετάχθησαν εἰς τὰς τάξεις ἐπὶ

ταῖς αὐταῖς μισθοφοραῖς. At huius libri cap. 50, *δυναμένης τῆς Ἀσίας χορηγεῖν — τοῖς ξένοις τὰς μισθοφορίας.* Memini etiam diſcrimen, quod inter utramque vocem Grammatici conſtituunt, nec puto tamen in Luciano de Merc. Cond. c. 3 & 6, *μισθοφορὰν* iure a M. Solano mutari. WESS.

ead. l. 14. *Μετὰ δὲ ταῦτα συμπολιορκήσας ἐπῄει* &c.) Mallem *συμπολιορκήσων ἐπῄει*, aut, nimium ſi id videatur, *συμπολιορκῆσαι* ſive *συμπολιορκήσασθαι*, ut quibuſdam in ſchedis. Durum certe eſt vulgatum. WESS.

Pag. 129. *l.* 12. *Καὶ αὐτοὺς κατὰ τὴν μάχην ἀνεῖλε*) Vide ſuperius cap. 30 & ſeqq. WESS.

ead. l. ult. *Καὶ περιληφθεὶς — διπλοῖς τείχεσιν*) Male mutant membranae veteres. Conf. cap. 41. WESS.

Pag. 130. *l.* 7. *Λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις*) Multo plenius haec Plut. Eumen. p. 590 D. ipſam iurisiurandi formulam, qua ſe Eumenes obligavit, adſcribens. Mox *μετὰ δέ τινα χρόνον poſt intervallum ſat longum* vir doctus verterat, quod mutavi. Conſtat ex Plutarcho, Antigonum ſtatim a viſa iurisiurandi ea formula artius iuſſiſſe Eumenem, qui ſibi iam, Noris relictis, conſuluerat, obſideri. Paullo tamen aliter Corn. Nepos in Eum. c. 5. WESS.

ead. l. ult. *Χωρὶς τῶν — φίλων πεντακοσίων*) *Ad ſexcentos, περὶ ἑξακοσίους*, una cum Eumene Noris incluſos fuiſſe dixit cap. 41. Porro equites prope mille ad Eumenem ſeſe adiunxiſſe, poſtquam caſtello ſe expediverat, reperies apud Plut. dicto loco. WESS.

Pag. 131. *l.* 15. *Τῶν μὲν φίλων — ἐξέπεμψεν*) Quid ad pleniorem verborum ſtructuram deſideretur, in aperto eſt. Diogenes ſimili ellipſi L. II, 133, *πλείω συνάγων συμπόσια, ἐν οἷς καὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν.* Alioqui inſolitum non eſt, ut *ἐκπέμπειν* abſolute ponatur. Supra L. XVII, 113, *αἵ τε τῶν Ἑλλήνων πόλεις ἐξέπεμψαν, καὶ Μακεδόνες, miſerunt & Graecorum civitates legatos & Macedones.* Probant & Latini id dicendi compendium. Livius L. VIII, 25, *Novi dein Coſſ. iuſſu populi cum miſiſſent, qui indicerent Samnitibus bellum.* Plura Gronov. ibid. cap. 22, Graevius in Iuſtin. V, 3, Cortius ad Salluſt. Catil. 32. WESS.

Pag. 132. *l. ult.* *Καὶ μεγάλους περισπασμοὺς ἔχειν*) Confer not. in L. XII, 38, & Raphelium ad S. Lucae Evang. c. X, 32, *περισπασμοῦ* vocem e Polybio illuſtrantem. WESS.

Pag. 133. *l.* 11. *Διὰ τὸ τὰς μὲν — φρουραῖς φυλάττεσθαι*) Si Pauſaniae fides, Antipater Graeciae libertati, finito La-

miaco bello, non inſidiabatur, ſed Demades proditorumque alii auctores fuere *ἔς τε Ἀθήνας καὶ πόλεων τῶν ἄλλων τὰς πολλὰς Μακεδόνων εἰσαχθῆναι φρουρὰς*, L. VII, 10. Atque hae ſunt *πατρικαὶ* illae Caſſandri *φρουραί*. Sed conſule huius libri cap. 18. WESS.

Pag. 134. *l.* 12. *Καὶ θαῤῥεῖν παρακαλέσαντες*) Suſpicor e gloſſa eſſe *παρακαλέσαντες*, idque ſede ſua evertiſſe *τὸ παρακελευσάμενοι*. Congruum certe & opportunum. Iſocrates Evag. p. 300, *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρακελεύονται τῶν δρομέων, οὐ τοῖς ἀπολελειμμένοις* &c. Saepe etiam Noſter, cuius Lib. XVIII, 29, vide. WESS.

Pag. 135. *l.* 7. *Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων*) De Heroibus, ac divinae ſortis, quo e genere Alexander cenſebatur, hominibus, cum in terris eſſe deſinunt, hoc paene perpetuum. Pauſanias L. V, 19, *λέγεται — ὡς Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρ' ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς*. Iſocrates Archid. pag. 176, *ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν*. Plura adſcripta ſunt L. I, 20, quae inſpice. WESS.

Pag. 136. *l.* 13. *Μηδὲ Μεγαλοπολιτῶν τοὺς μετὰ Πολυαινέτου* &c.) Nihil mihi certi de his ſeſe offert. Credo ex horum proditione natam urbis Megalopolis obſidionem, quam, Alexandro in ultimo oriente, ſive *ἔξω τῆς ἄρκτου καὶ οἰκουμένης*, agente, conſiliis Antipatri ſuſceptam ſignificat Aeſchines in Cteſiph. p. 77. WESS.

ead. *l.* 14. *Μηδ' Ἀμφισσεῖς*) Videntur ſedibus ſuis deturbati a Philippo, quod ſacrum Apollini agrum ararent, & Amphictyonibus. Inſpice Demoſthen. Or. pro Coron. pag. 165, & Aeſchinem p. 70. WESS.

ibid. *Μηδὲ Τρικκαίους*) Ob quod delictum Triccaei exſulaverint, non conſtat. Pharcadoniorum vicini, & montibus undique incincti erant. Illud Strabo L. IX, p. 669, hoc docet apud Galenum L. I Antidot. p. 429 Antimachus, Aeſculapii, qui Triccae colebatur, opem implorans:

Ἰλήκοις ὃς τήνδε μάκαρ τεκτήναο Παίων,
Εἴτε σε Τρικκαῖοι δαῖμον ἔχουσι λόφοι,
Ἢ Ῥόδος, ἢ Βούριννα, καὶ ἀγχιάλη Ἐπίδαυρος.

Quo loco, quod obiter admoneo, egregie ſtabilitur fontis Burinae, quod in vetuſtioribus ſchedis invenerunt Scholiaſtae, nomen in Theocriti Idyl. VII, 6. Triccam, ut ad eam redeam, ſerior aetas *Tricala* vocavit, teſte Euſtathio Iliad. B, pag. 330. WESS.

ead. l. 15. Μηδὲ Φαρκαδωνίους) In Stephano Φαρκιδὼν, ſive potius Φαρκηδὼν, quam Φαρκαδόνα Theopompus, eodem auctore, nuncupaverat. Straboni nunc quidem Φαρυκάδων, propius ad verum Mſſ. Φορκάδων, optime ad Stephanum notante Iac. Gronovio. Tradiderant obſeſſi Pharcadonii civitatem ſuam Philippo, quam praeſidiariis firmare cum vellet, mutata fide, in eos irruerunt maximo ſuo malo. Docet Polyaen. L. IV, 2, 18: Φίλιππος ἐπολιόρκει ΦΑΛΚΙΔΟΝΑ πόλιν Θεσσαλονίκης· ΦΑΛΚΙΔΟΝΙΟΙ παρέδωκαν τὴν πόλιν· ὡς δ' εἰσῆλθον οἱ Φιλίππειοι μισθοφόροι &c. Sic edunt. Tu ſcribe ΦΑΡΚΗΔΟΝΑ πόλιν Θεσσαλίας & ΦΑΡΚΗΔΟΝΙΟΙ. Fortaſſe ob eam perfidiam patriae urbis poſſeſſione deiecti ſunt. Wess.

Pag. 137. *l.* 5. Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν) De Oropo Athenienſes inter & Boeotos perpetuae interceſſerant controverſiae. Vid. L. XIV, 17, & XV, 76. Quas etſi diſcutere, urbe Oropiis relicta, reges Macedonum ſunt conati, tollere tamen non potuerunt. Adi Pauſaniam L. VII, 11. Wess.

ead. l. 6. Σάμον δὲ δίδομεν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος &c.) Philippum Athenienſibus Sami poſſeſſionem controverſam non feciſſe, teſtes filii ſunt literae, inſolentia plenae, apud Plut. Alex. p. 681 A. Reſcindunt ergo reges, quae Perdiccas in Samiorum commodum nuper admodum conſtituerat huius lib. c. 18. Wess.

Pag. 138. *l.* 6. Διὰ τὴν πρὸς Κάσσανδρον ἔχθραν) Ab Antipatro diſſenſerat Olympias, eiuſque odio in Epirum conceſſerat, uti proditum fuit cap. 49, atque a Pauſania L. I, 11. Patris veſtigia cum Caſſander premeret, utique & eius metu eadem in regione nobiliſſima femina moram perſeverare potuit. De Alexandri filio, ex Rhoxane ſuſcepto, itidemque Alexandro dicto, Freinshem. ad Curtii L. X, 6, 2, & Boſius in Nepot. Eum. c. 6, agunt diligenter. Wess.

Pag. 139. *l.* 10. Ταῦτα — κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν. Ἐπ' ἄρχοντος &c.) Maximus hiatus debet notari inter ἐνιαυτὸν & Ἐπ' ἄρχοντος. Deſunt enim duorum annorum geſta, ut patet ex Olympiadum numero. Supra p. 622 (lib. XVII, 113,) numeravit Olympiadem centeſimam decimam quartam, Ageſia Archonte. Infra pag. 679 (lib. XIX, 17,) numerat Olympiadem CXVI, Demogene Archonte. Nullibi Olympiadem CXV invenire eſt: nam fuit in hoc hiatu *Neaechmus* Archon & *Apollodorus* iterum Archon. Anſam errori praebuit nomen Apollodori Archontis repetitum, qui

ſupinum vel properantem exſcriptorem fefellit. Nam cum Apollodorus fuerit Archon quarto anno Olympiadis CXIV, rurſus vel idem vel alius Apollodorus fuerit Archon biennio poſt, ſcilicet ſecundo anno Olympiadis CXV. Secundum hunc Apollodorum pro primo ſumſit, & a ſecundo ſcribere continuavit, cum deberet a primo continuo filo hiſtoriam exſcribere. Deſunt igitur ea, quae geſta ſunt *Νεαίχμου* *Ἄρχοντος* Olymp. CXV, & *Ἀπολλοδώρου Ἄρχοντος τοῦ δευτέρου* vel *τὸ δεύτερον*, anno ſecundo dictae Olympiadis CXV. PALM. Deeſſe huic libro plura, citra dubium eſt. At hiatus iſte alibi commodius invenitur. Vid. not. ad cap. 44. WESS.

ead. l. 13. Κόϊντον Αἴλιον) Caſſiodorus Αὔλιον, Livius Αἰμίλιον edit. RHOD. *Q. Aulium* meliores Livii Codd. appellant Lib. IX, 15. Inſpice Sigon. & Pighium ad annum CDXXXIV. WESS.

Pag. 140. *l.* 5. Καὶ θησαυροφύλακας, ὅπως αὐτῷ &c.) Praeerant theſauris, qui *Quindis* in Cilicia aſſervabantur, de quibus infra cap. 62. WESS.

ead. l. 15. Καί δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν &c.) In dubio ſum, hoccine retineam, an Reg. 1. ſequar. Nihil quidem certe eſt, cur eius ſcriptura damnetur, modo *τὰς τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀποστασίας* eorum intelligas, qui ſpreta regia familia ſibi ipſi conſulebant, principatum affectantes. Quae vero ſtatim conſequuntur ἢ ἐπανέρχεσθαι, bene deficiunt in Baſil. & Reg. 2. Gloſſae enim debentur. Corn. Nep. Eumen. cap. 6: *Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, cum literas & nuntios miſiſſet in Aſiam, conſultum, utrum repetitum Macedoniam veniret — & eas res occuparet: huic ille primum ſuaſit, ne ſe moveret, & exſpectaret, quoad Alexandri filius regnum adipiſceretur.* WESS.

Pag. 142. *l.* 5. Τοὺς περὶ Μένανδρον) Verum id ducis eſſe nomen, Plut. Eum. p. 588 E. oſtendit. WESS.

ead. l. 9. Τοὺς μετ' Εὐμένους προσάγοντας) Corrige *προάγοντας*. RHOD.

ead. l. 14. Καὶ Τεύταμος) Semper a Noſtro & Plutarcho ad eum modum appellatur. In Polyaeni Strat. L. IV, 8, 2, Τευταμάτης, ſive Τευτάμης, prave, ut arbitror. WESS.

Pag. 143. *l.* 3. Οἵ τε Ἀργυράσπιδες — ὁμοίως ἀπήντησαν) Inepti fuerunt, qui οἵ τε γὰρ ſcripſerunt. Itaque ſchedarum imperio vocem eam extrivi. WESS.

ead. l. 14. Τὴν ἐπ' ἀμφ. τ. μ. τῆς τύχης παλίρροιαν) Polybius pari elegantia *τὴν τῆς τύχης παλινρύμην* vocat L. XV,

7, Noſterque *τῶν πραγμάτων παλίῤῥοιαν* Excerpt. Valeſ. p. 269. Solet enim rerum humanarum viciſſitudo ſaepe reciprocantis aeſtum maris aequiparare. Wess.

Pag. 144. *l.* 2. *Ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος*) Recte. Sedet ad univerſi orbis clavum ſummus rerum arbiter, diſpenſatque admirabili viciſſitudine humanae vitae rationes. Cultiſſime ex Platonis & Iudaeorum diſciplina Philo Iud. de Conf. Ling. p. 334 B. *οὐδὲ ὁ κόσμος ἅπας ἀφέτῳ καὶ ἀπελευθεριαζούσῃ κινήσει κέχρηται, ἀλλ᾽ ἐπιβέβηκεν ὁ κυβερνήτης θεὸς τῶν ὅλων, οἰκονομῶν καὶ ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΩΝ σωτηρίως τὰ σύμπαντα.* Et de Rer. Div. Hered. p. 523, ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ *γὰρ τὸ κοινὸν τοῦ κόσμου σκάφος, ᾧ τὰ πάντα ἐμπλεῖ, καὶ τὸ πτηνὸν ἅρμα, τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, ἡνιοχεῖ.* Sumſit hinc colorem idem Philo, quando Macronem Caio dixiſſe fingit, *παραπεμφθεὶς γοῦν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πρύμναν ἀνωτάτῳ καὶ τοὺς* ΟΙΑΚΑΣ *ἐγχειρισθεὶς*, ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ *τὸ κοινὸν ἀνθρώπων σκάφος σωτηρίως* Leg. ad Cai. pag. 999 B. Habet hoc de genere haud pauca alia, quae, etſi elegantia mire ſe commendent, non exſcribo. Vide de Migr. Abrah. pag. 389 C. tum de Praem. & Poen. p. 918 A. Wess.

Pag. 145. *l.* 10. *Οὐκ ἔφησε λήψεσθαι*) Conſentit Plutarchus, quem vide in Eumenis vita p. 591 A. Wess.

Pag. 146. *l.* 2. *Ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν* &c.) Hoc praeſtat; non *γὰρ*, quippe incommodum huic loco. Suſtuli quoque vocem *αὐτῷ*, quae ſedem occupaverat poſt *συνεργήσειν*, ſcriptis & orationis ſerie poſtulantibus. Wess.

ead. l. 13. *Ἐπιθύειν ἅμ᾽ ἡμέρᾳ πάντας*) Nimis generaliter interpres expreſſit. Auctor ipſe explicat cap. ſeq. *ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ — — τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα.* Verte *thus illi adolebant*, & vide not. in L. XII, 11. Wess.

Pag. 147. *l.* 5. *Κατασκευασθείσης μεγαλοπρεποῦς σκηνῆς* &c) Mirarer ſpretam fuiſſe Baſil. *ἐκδόσεως* ſcripturam, niſi contemtius eam a Stephano & Rhodomano habitam abunde liqueret. Ego ſuam in ſedem reſtitui *σκηνῆς* vocem: neque enim ſine flagitio abeſſe hinc tabernaculum poterat, in quo ſolium una cum diademate fuit collocatum veteri more, de quo Caſaubon. ad Suetonii Caeſar. c. 76. Commentum Eumenis ita exponit Corn. Nepos Eum. c. 7: *In principiis nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum, in eoque ſellam auream cum ſceptro ac diademate iuſſit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur.* Uberius Polyaenus L.

IV, 8, 2: καὶ συνεβούλευσαν ἐκ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ΣΚΗΝΗΝ κατασκευάσαι βασιλικὴν, καὶ θρόνον χρυσοῦν βασιλικῶς κεκοσμημένον. ἐπὶ δὲ τούτου χρυσοῦν στέφανον ἔχοντα διάδημα βασιλικόν· καὶ παρὰ τὸν θρόνον ὅπλα, καὶ μέσον σκῆπτρον, καὶ πρὸ τοῦ θρόνου τράπεζαν χρυσῆν. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐσχαρίδα καὶ λιβανωτίδα χρυσῆν. καὶ λιβανωτὸν καὶ θυμιάματα εὐώδη &c. Haec enim ſatis affirmant viri prudentis conſilium, & vocem, quam revocavi; neque opus eſt aut Plut. Eum. p. 591 A. aut Noſtrum L. XIX, 15, auxilio ad hanc rem arceſſere. Wess.

Pag. 149. *l.* 2. Ἐθελοντὶ κατήντων) Non improbat auctor L. XVI, 42, & XVIII, 53, ἐθελοντί. Nec minus tamen cultum, quod ex Reg. 1. produxi. Sophocles Aiac. v. 24, Κἀγὼ 'θελοντὴς τῷ δ' ὑπεζύγην κακῷ. Adiunge Demoſthen. pro Coron. p. 146, Thucyd. L. I, 60, Ariſtidem T. I, p. 337 &c. atque utere alterutro, ut lubet. Wess.

ead. l. 8. Εἰς Ζεφύριον τῆς Κιλικίας) Utrum intelligatur Zephyrium ad Calycadnum, an prope Anchialem, non decerno. De utroque Strabo L. XIV, p. 986 C. & p. 988 C. Mox καθ' οὗ — θάνατον κατέγνωσαν plenum eſt, ſicuti etiam Lib. XIX, 51. Alioqui praetermitti ſolet praepoſitio. Conf. viri doctiſſimi animadverſiones in Aelian. Vol. III Obſerv. Miſcellan. p. 241. Wess.

ead. l. 11. Ἐπὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις φρουρίων τεταγμένους) Nihil hinc demutandum. Scholion eſt indocti hominis, quod Reg. 1. oſtentat. Variant tamen caſtelli nomen, modo Κουΐνδα, uti Plut. Eum. p. 590 F. & infra Lib. XX, 109; modo Κυΐνδα, ut cum Strabone L. XIV, 989, Noſter hic & Lib. XIX, 56, ſcribentes. Sed id leve. De ſitu caſtelli maior diſcordia. Suidas & Io. Malala extremo Chronographiae L. X urbem *Anazarbum* olim Κυΐνδαν fuiſſe, Abr. Ortelio non diſſentiente, affirmant. At Strabo ὑπέρκειται δὲ τὰ Κυΐνδα τῆς Ἀγχιάλης ἔρυμα, manifeſto *Quinda* ab Anazarbo longius disiungens: cui equidem aſſentiri malim, cum Suidae & Malalae de Anazarbo narrationes fidem vix inveniant. Valeſium vide ad Amm. Marcellin. L. XIV, 8. Wess.

Pag. 150. *l.* 3. Δυσηρέστει τότε τὰ) Ultimum hoc muta in τήν. Rhod. Ego vero veto. Quorſum enim referetur, ita ſi mutabitur? Solent, fateor, hac dictione plerumque aliter uti, atque Ἀντίγονος δυσηρέστει τοῖς περὶ &c. ſcribere. Confer L. V, 9, Polyb. II, 41, Strabon. L. XIV, p. 993, Lucian. Necyomant. c. 4. Neque improbare tamen vulgatum

auſim. Rectius ex Baſil. quae ad manus erat, revocaſſet προαγωγὴν, unice huic loco congruam vocem. Deſcribitur ea dignatio honoriſque gradus. Ita ἡ παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴ honorem exprimit, ad quem Alexander provexerat Peuceſtam L. XIX, 14, 46. Polybius L. VI, 6, τεθραμμένοι ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξουσίαις καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΑΙΣ. Et Excerpt. pag. 1437, ὄντων δὲ τῶν πλείστων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων προαγωγάς. Sic enim oportuit. Namque & ibi vitioſiſſimum παραγωγάς. Ioſephus Antiq. L. XV, 1, 1, ἐν ΠΡΟΑΓΩΓΗι τούτους ἐποιεῖτο, *eos ad honores admovebat.* Et L. XVIII, 6, 1, Βερνίκης τῆς μητρὸς τιμωμένης παρ' αὐτῆς καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΩΝ ἠξιωκυίας τὸν υἱὸν, *quae Berenicem matrem in honore habuerit, filiumque dignitate auxerit.* Quod poſtremum cur Cocceius & Hudſonus in προαγαγεῖν converterint, reddideritque ipſi, quem vocant, contextui, contra ſcriptos omnes libros Havercampus, exputare non poſſum. Appianus Bel. Civil. Lib. III, p. 935, καὶ περὶ τῆς τῶν σφαγέων ἀθρόας ΠΡΟΑΓΩΓΗΣ ἐπέστελλεν. Hactenus de ea voce. Mox ſi κατεσκευάσθαι in ſcriptis eſſet, non damnarem. WESS.

ead. l. 13. Καὶ λάλων, οἷς ἦν &c.) Quae ſunt inter λάλων & δωρεὰς, parentheſeos nota egent. STEPH.

Pag. 151. *l.* 10. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἰς πλεῖον ἰσχύσαντα) Legebatur μέγαν ὄντα εἰς πλεῖον &c. quorum duo priora induxi, Rhodomano & vetuſtis libris obſecutus. Critici enim ſcholio, quo ſequentia illuſtraverat, accepta ſunt referenda. Mox παρελεῖσθαι praeſtabit, indice H. Stephano, qui, *Repono*, inquit, *futurum* παρελεῖσθαι, ut pag. 788 (Lib. XX, 107) *legitur* ἀφελεῖσθαι. WESS.

Pag. 152. *l.* 8. Συλλαβεῖν τὸν Εὐμένη ταχέως καὶ ἀποκτεῖναι) Si dividentem particulam ἢ ex Reg. 1. interferas, ſententia naſcetur haud abſurda, *ut Eumenem comprehendant aut interficiant.* Fieri quidem certe poteſt, ut Antigonus id imperaverit: neque tamen affirmo. WESS.

ead. l. 14. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν αὐτοὺς ἢ — ἀποκλίναντας) Non plane reiiculum eſt αὐτοῖς· neque invenuſtum, quod nunc legitur, modo ad ſequentia referatur. Maneat ergo ſua in ſede. WESS.

Pag. 154. *l.* 3. Νικάνωρ ὁ τὴν Μουνυχίαν κατέχων) Suffectus erat a Caſſandro, nondum vulgata patris morte, in Menylli locum, teſte Plut. Phoc. p. 755 F. Munychia natura & operibus erat munita, Piraeeumque paene incingebat, apud Strabon. L. IX, pag. 606 A. Qui quidem opportuniſ-

mus eius ſitus Macedones commovit, ut eam praeſidio occuparent. Ferunt, Epimenidem, emunctae naris ſenem, conſiderata loci eius natura, dixiſſe, *ἐκφαγεῖν Ἀθηναίους τοῖς αὑτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῄδεισαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον*, *ſuis Athenienſes dentibus locum perεſuros, ſi praeviderent, quantum is incommodi urbi ſit allaturus*, haſque Macedonum munitiones tot ſeculis ante divino ingenio proſpexiſſe, Plut. Solon. p. 84 E. Diogen. Laërt. L. I, 114. Recte ille, quamquam de divinatione viri quod multi aſſeverant, nihil admodum eſt. Egregius Munychiae ſitus haec Epimenidi verba expreſſit: animadvertebat, hoſtes, quicunque tandem forent, Munychiam ſi inſiderent, civitatem Atticam premere & commeatu poſſe intercludere, locumque adeo urbi detrimento futurum: quod & cum maxime ſuo malo experta fuit. WESS.

Pag. 155. *l.* 4. Κατὰ τὸ διάγραμμα &c.) Vide ſupra c. 56 de eo. WESS.

ead. l. 9. Κατελάβετο τὰ τείχη τοῦ Πειραιέως) Culpa occupati Piraeei in Phocionem collata eſt: qui cum a Dercyllo moneretur, Nicanorem inſidiari Piraeeo, idemque poſtularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur, audiente populo, negaverat eſſe periculum, ſeque eius rei obſidem fore pollicitus erat apud Plut. Phoc. pag. 756 D. & Corn. Nepot. cap. 2. De Piraeei clauſtris Io. Meurſ. Piraeei c. 3 agit. WESS.

ead. l. 14. Φωκίωνα τὸν Φώκου) Confer Aelian. Var. Hiſt. Lib. II, 16, & Lib. XII, 43, ubi Phocum δοιδυκοποιὸν ſive cochlearia fabricare ſolitum fuiſſe ſignificat, diſſentiente tamen Plut. Phoc. p. 743 C. WESS.

Pag. 157. *l.* 9. Τῶν γὰρ — φίλων τινὲς ὑπῆρχον καὶ οἱ &c.) Non placet ὑπῆρχον· quod quidem ſi in exſilium iret, revocandum nunquam cenſerem. Suſpenſa enim oratio ex ὑπήντησαν bene procedit. WESS.

Pag. 158. *l.* 2. Φανερὸς ἦν ἀδικεῖν μέλλων τοὺς Ἀθηναίους) Conſentit Plutarchus, quem in Phoc. vita p. 756 E. vide. WESS.

ead. l. 11. Κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον &c.) Rem diverſiore modo geſtam deſcribunt Plut. ibid. p. 757 A. & Corn. Nepos Phoc. cap. 3. WESS.

Pag. 159. *l.* 10. Φιλανθρώπους καὶ κεχαρισμένας ἔδωκεν ἀποκρίσεις) Praeſtare ſic viſum eſt. Spem fecit legatis Polyſperchon priſtinae libertatis & Piraeei recipiendi. Pho-

cion vero ab Agnonide accuſatus, quod Piraeeum Nicanori prodidiſſet, ex conſilii ſententia in cuſtodiam coniectus Athenaſque deductus eſt, ut ibi de eo legibus fieret iudicium, Corn. Nepos dicto loco. Mox ἐν φυλακῇ δεσμίους ſi malueris, quod vinctus & cuſtodia ſeptus a Clito Athenas, ut Plutarchus prodidit, ſit deportatus, non admodum pugnabo. Wess.

Pag. 160. *l.* 7. Ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον) Articulum, quem ipſemet auctor probaverat, eidem reddidi. Quam vero tumultuarie Athenienſes Phocionis hoc iudicio ſint defuncti & contra reipublicae ſuae morem, locuples teſtis Plut. Phoc. pag. 757 eſt. Wess.

Pag. 161. *l.* 5. Τὴν τοῦ σώματος κίνησιν —— ἐναγώνιον) *Motum trepidabundum* tueri fortaſſe interpres poterit his Io. Chryſoſtomi T. I, p. 442 A. τῶν ἐν μέσῳ πελάγει σαλευόντων οὐχ ἧττόν ἐστιν ἐναγώνιος, *non minus illis ſollicitus eſt, qui medio in mari iactantur.* At Diodorus ἐναγώνιον vocare ſolet, quidquid acre, vehemens, atque exercitationi aptum videtur. Ita ἐναγώνιον ἐνέργειαν, ἐναγώνιον γυμνασίαν, ἐναγώνιον σῶμα ſuis locis dixit. Verte potius *vehementem corporis motum.* Wess.

ead. l. 8. Τῶν δ' ἄλλων φείδεσθαι) Nicoclem, Thudippum, Hegemonem, Pythoclem, ſalutis & libertatis patriae ſtudioſiſſimos, innuebat, de quorum iniuſta nece Plut. Phoc. pag. 758. Wess.

ead. l. ult. Ἤγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ) Inſtauravi elegantiſſimam dictionem, optimo cuique probatam. Herodotus L. I, 109, ὥς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ioſephus Antiq. L. XV, 7, 4, Μαριάμμη μὲν οὖν οὕτως ἤγετο τὴν ἐπὶ θανάτῳ &c. Wess.

Pag. 162. *l.* 5. Πολλοὺς ἦγεν εἰς ἐπίστασιν —— καὶ φόβον. ἀστάτου &c.) Erade punctum, quod eſt poſt φόβον, & δὲ poſt ἀστάτου. Rhod. Niſi quid deſit poſt τῆς τύχης οὔσης, quod parum abeſt, quin valde ſuſpicer, ſequendus erit Rhodomanus. Poterat autem ſine crimine abeſſe διανοίας vocabulum, Baſil. ἐκδόσει neglectum, ut in his Polybianis Lib. X, 37, εἰς ἐπίστασιν ἤγαγε τὸν Πόπλιον τὸ γιγνόμενον, i. e. *res ea Publii animum advertebat.* Et ἀπαντᾶν σὺν ἐπιστάσει apud Appian. Lib. IV Belli Civil. p. 1062. Nec damno tamen. Wess.

ead. l. 14. Ἐῤῥίφησαν ἄταφοι πάντες ἐκ τῶν τῆς Ἀττ. ὅρων) De Phocione Dio Chryſoſtomus Or. LXXIII, p. 634, οὐκ

ἤρκεσεν αὐτοῖς (Athenienſibus) ἀποκτεῖναι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ νεκρὸν εἴασαν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἐξέβαλον. Conſentiunt Plutarchus & Nepos extrema Phocionis vita. Quae quidem proditoribus, cuiuſmodi crimine Phocion & amici conciderunt, Athenis perpetua erat poena. Vide S. Petiti Comment. L. L. Attic. L. VIII, Tit. IV, p. 672, quaeque ibi a me adſcripta leguntur. WESS.

Pag. 163. *l.* 1. Παρ' Ἀντιγόνου λαβὼν ναῦς μακρὰς &c.) Vide ſuperius cap. 54. WESS.

Pag. 164. *l.* 5. Οἳ ἐτύγχανον μὲν τὰ Κασσ. φρονοῦντες) Fuiſſe puto ἐτύγχανον γάρ τοι τὰ Κασσάνδρου φρονοῦντες. Huc certe ducunt ſchedae veteres, quarum διετύγχανον non probo. WESS.

ead. l. 10. Τοὺς δὲ Σαλαμινίους &c. συνέκλεισε) Ex Plut. Phoc. pag. 756 D. conficias, Salaminios ante Caſſandri in Atticam adventum, Nicanori, eius amico, factum vehementer voluiſſe. Mutato proinde animo ad Polyſperchontis partes ſeſe adiunxerant. Habet, quae huc pertinere putes, Polyaen. L. IV, 11, 2; ſed ſerius ea contigerunt. WESS.

ead. l. ult. Τὴν ἐπιθησομένην τοῖς πολιορκοῦσι) Scaliger libri ſui margini adſcripſerat τὴν ἐπιγενησομένην· quod cur vulgato praeponi debeat, nondum perſpicio. WESS.

Pag. 165. *l.* 12. Τὴν ἐκ τῆς αὐτονομίας παῤῥησίαν ἀπέλαβον) Fiduciam libertatemque, quae illis eſſe ſolet, qui ſuis legibus utuntur. Τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς παῤῥησίαν parili modo dixit L. III, 53. WESS.

Pag. 166. *l.* 5. Εὐθὺς οὖν τοὺς μὲν &c.) Οὓς μὲν lego pro τοὺς μέν· vel muta ſequens οὓς δὲ in τοὺς δέ. RHOD. Non opus eſt. Infra cap. 72, καὶ τὰς μὲν — ὧν δέ. Et L. XIX, 64, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς μὲν πεσεῖν μαχομένους, οὓς δὲ ζωγρηθῆναι. Plura alias dedi. Mox πρὸς τὰς ὑπηρεσίας τοῖς ἔργοις poſuit loco πρὸς τὸ ὑπηρετεῖν τοῖς ἔργοις, ſubſtantivo caſum ſui verbi regente, ut ſaepe. Noſter L. XVI, 21, ἐπὶ δὲ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων· quod eſt ἐπὶ δὲ τοὺς βοηθοῦντας &c. WESS.

Pag. 167. *l.* 1. Καὶ τὴν τοῦ σώματος ὁρμὴν) Non configo τὴν ὁρμήν· nec tamen contemtui foret, ſi τὴν τοῦ σώματος ῥώμην legeretur. Statim de iiſdem belluis cap. 71, ἀχρήστους ἐποίησε τὰς τοῦ σώματος ῥώμας· & οἱ δ' ἐλέφαντες τῇ ῥώμῃ προσπίπτοντες &c. Confer tamen Africanum Ceſtor. cap. 24, p. 298. WESS.

ead. l. 11. Καὶ τὰς στηριγίας ἐμπρήσας) Baſileae vulga-

verunt τάς τε ῥιπὰς, qua voce plerique Lexicographorum Graeci ſermonis copias locupletarunt. Ῥιπαὶ, inquiunt, *tigella, ſubſtructionibus fulturiſque accommodata, ut ſublicae Caeſari*: ad loci huius ſententiam non male illi quidem, quamquam vox ipſa nihili eſt, indigna prorſus, quae poſt haec locum tueatur. Paullo melius ſcripti libri, nec ſine labe tamen. Verum eſt, quod Scaliger orae ſui libri allevit, στήριγγας. Heſychius, Στήριγγες, ἐρείσματα. Ita vero vocant *ſublicas*, ſive columellas, quarum fultura muros turreſque, actis cuniculis, tantiſper ſuſtinebant, donec tigillis incenſis in ruinam praecipites abirent. Στηρίγματα, ἐρείσματα, στυλώματα & ὑποστυλώματα aliis dicuntur. Polybius L. V, 4, ἐμβαλὼν πῦρ τοῖς ἐρείσμασι, ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖχος. Et cap. 100, moenia ὑπώρυξαν καὶ διεστύλωσαν. τῶν δὲ ἐρεισμάτων οὐ δυναμένων ὑποφέρειν τὸ βάρος &c. Suffodiendi modum declarat Apollodorus Poliorcet. p. 17, interque alia τὸ τεῖχος στυλώμασιν ἐρειδέσθω, ait, πυκνοῖς μᾶλλον καὶ λεπτοῖς. Tum καὶ οὕτω κατακαέντων τῶν ὑποστυλωμάτων, καταπεσεῖται ὅλον τὸ τεῖχος &c. Adde Fl. Vegetium L. IV, 24. WESS.

Pag. 169. *l*. 3. Δάμιδος ἡγουμένου &c.) Notum eſt Damidis in Alexandrum, ut Deus haberetur, imperantem dictum, συγχωροῦμεν Ἀλεξάνδρῳ, ἐὰν θέλῃ, θεὸς καλεῖσθαι, ex Plut. Apophthegm. Lacon. p. 219 E. ſed alius is, ac domo Spartanus fuit. WESS.

ead. l. 9. Θύρας γὰρ μεγάλας πλείονας ἥλοις & ſeqq.) Non erit abſurdum attentius conſideranti Reg. 1. πλείστοις, nec tale tamen, ut vulgatum ſede evertere poſſit. Statim haec tabulata θύρας καταкεκεντρωμένας vocat, alii σανίδας κεντρωτὰς, quod acutiſſimis clavis eſſent confixa. Vid. Iſ. Caſaubon. ad Aeneam p. 1806 ed. Gronov. & Iuſt. Lipſium Poliorcet. L. V, 3. Nonnunquam & tribuli ſpargebantur, ut ingruentium belluarum pedes & plantas transfoderent. Τρίβολοι χαλκεύονται σιδηροὶ, ὀξεῖς, ἑδραῖοι, παχεῖς, οἱ κατὰ τὴν πορείαν τῶν θηρίων τῶν πελαζομένων ῥιπτοῦνται, Africanus Ceſtor. cap. 24, p. 298. WESS.

Pag. 170. *l*. 14. Τὴν διὰ τῶν φίλων ἐπιστροφὴν) De verborum ſtructura mitto dicere: frequens illa ſcriptori eſt noſtro. Vid. ad L. V, 8. Evenit elephantis, quod ſparſis per opportunos aditus tribulis, cum irruunt, aſſolet. Διπλοῦν δὲ ἐκ τούτου πλεονέκτημα, ἢ γὰρ ἀλγήσας (elephas) ἀναιρεῖ τοὺς ἑαυτοῦ, παραμυθούμενος ἀνίατον τὴν ἀλγηδόνα, ἢ ἵστασθαι

μὴ συνηθεὶς πασσυδὶ πίπτει, ibid. Africanus ſcribit. Wess.

Pag. 171. *l.* 12. Προσλαβέσθαι δὲ καὶ Ἀῤῥιδαῖον) Confer huius libri cap. 52, & Κιανῶν πόλιν ne muta. *Tyana* enim longius ab Arrhidaei praefectura aberant, Cappadociae contributa. *Cius*, quam *Pruſiadem* deinde appellarunt, Phrygiae, quae Arrhidaeo parebat, erat contermina. Vid. ad Hieroclis Synecdem. p. 692. Wess.

Pag. 172. *l.* 6. Ἐνίκα ὁ Κλεῖτος) Meminit victoriae Polyaenus L. IV, 6, 8. Clitus autem ea animi fuit inſolentia, ut, paucis inimicorum navibus depreſſis, Neptunus dici ac tridentem geſtare ſuſtinuerit, referente Plut. Or. II de Fort. Alexand. p. 338 A. Neque enim alius is eſſe videtur. Wess.

Pag. 173. *l.* 1. Ταύταις μὲν διεβίβαζεν εἰς τὸ πέραν) Hoc adſciſcere ex Reg. 1. & Leid. placuit, orationis ſerie poſtulante. Cetera, quae ab iiſdem mutantur, librariorum inconſiderantiae debentur. In rei vero geſtae ordine nihil admodum diſſentit Polyaenus ibid. Wess.

ead. l. 9. Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος) Hunc in modum L. IV, 55, ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν μὲν Ἰάσονα — δόξαι. Et L. XIV, 83, ſaepeque alias. Quid ſubintelligatur, operoſe diſquirere in re expedita ſupervacaneum erit. Mox πεζῶν potius cenſui ob τῶν ὑπασπιστῶν τοὺς ἀλκιμωτάτους Polyaeni, & ſermonis indolem. Wess.

Pag. 174. *l.* 1. Καὶ τὰς μὲν τοῖς ἐμβόλοις τύπτοντες ἀνέῤῥηττον) Quod felici coniectura aſſecutus erat Scaliger, id auctoribus ſchedis correxi: namque nihili eſt vulgatum ἀνέῤῥιπτον, & amanuenſium lapſu, qui & ex ἀναῤῥηττόντων L. XVII, 58, in Reg. 1. progenuerat ἀναῤῥιπτούντων, natum. Diodorus L. XIV, 72, αἱ δὲ πλείοσιν ἐμβολαῖς ἀναῤῥήττουσαι τὰς συγγεγομφωμένας σανίδας ſimili in re. Wess.

Pag. 175. *l.* 2. Κατειλημμένην ἀδίκως ὑπὸ Πτολεμαίου) Vide, quae ſcripta ſunt huius libri cap. 43. Wess.

ead. l. 8. Καὶ κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν ἐπιθεμένου &c.) Tametſi non incommodam dent ſententiam, quae in Reg. 1. leguntur, cur tamen vulgato praeferantur, cauſa non eſt gravis. Periculum vero, in quod Eumenes circa Babylonium agrum ſollertia Seleuci incurrit, uberius, ſed ad Tigrim amnem, deſcribitur ſequentis libri cap. 13. Wess.

ead. l. ult. Ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους) In dubio animus eſt, hoccine mordicus retineat, an diſſidentium Codd. ſequatur auctoritatem. Tacent ſcriptorum alii, omniaque integra decernenti relinquunt. Wess.

Pag. 176. *l.* 16. Ὡς δὲ ἀνεθεωρήθη τὸ συμφέρον) Sic L. XII, 15, ἀναθεωρούμενος δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος. Et L. II, 5. S. Lucas de Paullo A. A. XVII, 23, διερχόμενος καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα· pro quo Clemens Alexandrinus Stromat. I, p. 372, καὶ ἱστορῶν τὰ σεβάσματα, ſed gloſſam pro vero amplexus. Hinc ἀναθεώρησις pro *diligente rei conſideratione* apud Suidam, ſive Diodorum potius, cuius verba, quod monere neglexi, Grammaticus exſcripſit e L. XIII, 35. Wess.

Pag. 177. *l.* 7. Ἀπὸ τιμήσεων ἄχρι μνῶν δέκα) Vide ſuperius cap. 18. Antipater, cum poſt Lamiacum bellum Atticam rempublicam ordinaret, omnibus, quorum cenſus drachmarum duo millia excederet, ad honores aditum patefecerat, aliis, qui infra eum cenſum erant, excluſis. Filius, quod multis ea res gravis eſſet, mutavit, illis etiam reipublicae adminiſtratione permiſſa, quorum bona x minas ſive drachmas mille aequabant. Vid. Bonamici Diſſert. T. XI Comment. Acad. Inſcript. pag. 256. Wess.

ead. l. 10. Οὗτος δὲ παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν &c.) Videtur Demetrius ſtatim atque Athenis a Caſſandro fuit impoſitus, civium cenſum egiſſe, quo liqueret, quinam honoribus fungi poſſent. Meminit eius Cteſicles apud Athen. L. VI, p. 272 C. ubi nunc prave τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι pro τῇ πεντεκαιδεκάτῃ. Scio, virum magnum CXVI Olympiadem maluiſſe. Sed rei ſeries vix patitur, ut ultra finem Olymp. CXV recenſus iſte populi proferatur. Acceſſit ad rempublicam Atticam Demetrius anno tertio Olymp. CXV. Opus ſtatim fuit tali cenſu, ut Caſſandri conſtitutio valeret. Sed hoc leve eſt. Ab iſto vero anno Demetrius per decennii ſpatium Athenas Atticas ſumma cura & prudentia adminiſtravit, magnaque in laude apud cives fuit verſatus, ut praeter Diodorum L. XX, 46, teſtificatur Diogenes Laërt. L. V, 75. Videtur quidem Plut. Demetr. p. 893 C. Phalerei Demetrii potentiam annis XV circumſcribere, qui a bello Lamiaco & clade prope Crannonem defluxerint ad reſtitutam Athenienſibus a Demetrio Poliorcete αὐτονομίαν. Sed non ſunt diſtricte accipienda, quae ibi produntur. Toto eo ſpatio viguit Athenis paucorum dominatus, valuit etiam gratia & auctoritate Demetrius, verum ita, ut primo quinquennio eius potentiae collegas haberet Phocionem pluresque alios. Quibus civium quodam furore ſublatis, ſolus deinceps reipublicae curam in

ecem annos geſſit. Habet Scaliger ad Euſeb. ann. MDCCIX, uae hinc in viam reduci poterunt. WESS.

ead. l. 13. Τοῖς ἀπὸ τῆς νίκης ἀκροστολίοις) *Roſtris ex victo-ia relatis* interpres, non ſatis ex vero. Ἀκροστόλια in ſum-na navium prora erant, quibus titulus, ſive index, qui no-nen navis continebat, inſcriptus erat. Supra roſtra erat τόλος, cuius ſumma pars ἀκροστόλιον. Vide Cl. Salmaſium n Solin. pag. 403, & Io. Scheffer. de Milit. Nav. L. II, 6,). 157. Id vero in more habebant, ut victis navibus τὰ ἀκρο-στόλια detraherent, iiſque ſuas in victoriae argumentum ornarent. Exempla, ſi velis, reperies L. XX, 53, & cap. 38. Porro quae Nicanoris mortem ſpectant, & fraudem, qua a Caſſandro circumventus periit, ea copioſius deſcri-pſit Polyaen. L. IV, 11, 1. WESS.

Pag. 178. *l.* 6. Τῆς Ἀντιπάτρου συμμαχίας) Legi debet τῆς Κασσάνδρου, ut bene vidit Rhodomanus. Nam Antipater in-ter viros agere dudum deſierat. WESS.

ead. l. 12. Τὴν βίβλον αὐτοῦ περιγράψομεν) Suſtuli labem, qua hoc verbum adſperſerunt librarii ſaepiſſime. Vid. not. in L. I, 41. WESS.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM XIX.

Pag. 182. *l.* 1. Καὶ Πολέμων) Sic quoque L. XIX, 14, ubi vide. Wess.

ead. l. 8. Ἐν Παρατάκοις) Rectius ἐν Παραιτάκοις, aut Παραιτάκαις. Vid. lib. ſeq. cap. 34. Wess.

Pag. 183. *l.* 12. Παλλήνης) Optime Leid. Sic Thraciae peninſula, in qua Caſſandrea, dicebatur. Confer L. XIX, 52. Wess.

Pag. 185. *l.* 11. Στρατηγὸν καὶ Λακεδαίμονος) Scribe ἐκ Λακεδ. ob L. XIX, 70. Wess.

ead. l. 13. Καὶ εἰρηνικῶς ἄρχων) Omnia alia ibid. cap. 71 de Acrotato produntur. Oportuerat ergo τυραννικῶς, ut bene Rhodomanus. Wess.

Pag. 186. *l.* 1. Κολλατίνων ἀπόστασις) Καλλαντιανῶν. Rhod. Verum eſt Καλλατιανῶν. Vid. ibid. cap. 73. Wess.

Pag. 187. *l.* 14. Ἔτι δὲ Κεντοριπίνων) Hoc ſolum legitimum, docente Phil. Cluverio Sicil. Ant. L. II, 6. Wess.

Pag. 190. *l.* 3. Καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχειν ἀτερματίστους) Orationis ſeries hoc verum praeſtat, non item Grammaticorum explicationes. Heſychium audi, Ἀτερμάτιστος, ἀβέβαιος, ἀθεμελίωτος. Ἀτέρμονες, ἄριστοι. Quae ipſo ſermonis uſu, quin iugulentur, non dubium eſt. Scribe Ἀτέρμονες, ἀόριστοι, & bene quidem iſtud habebit, congruetque Scholiaſtae Euripidis Hecub. v. 925. Prius expediri non poteſt, niſi quadam imprudentia pro ἀνερματίστῳ poſitum agnoſcas. Illi enim gloſſae adſcriptae conveniunt, ut ἀνερμάτιστα καὶ ἀκυβέρνητα πλοῖα Philon. Iud. de Inſid. Potior. a Deter. ſtructis p. 181 D. & ἀνερμάτιστα καὶ ἀνίδρυτα ἤθη eiuſdem de Fortitud. pag. 742 C. oſtendunt. Suidam ſimili ſcholio deceptum in ordinem coëgit L. Kuſterus. Wess.

ead. l. 6. Τὸν λεγόμενον — ἐξοστρακισμὸν) Vid. Lib. XI, 87, & Seberum ad Polluc. L. VIII, 19. Wess.

ead. l. 14. Εἰς δὲ τυράννου) In Diogen. Laërtii L. I, 50, εἰς δὲ μονάρχου legitur, levi differentia, quamquam Noſtri ſcriptura paullo ſignificantior. Wess.

ead. l. ult. Μάλιστα δὲ — περὶ τὴν Σικελίαν) Siciliam hac ex cauſa *nutricem tyrannorum* vocat Iſidorus Origin. L. XIV, 6. *Tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos*, quae Ciceronis verba L. V Verr. c. 56, nec temere ullus terrae tractus reperitur, qui atrociſſimorum tyrannorum numero Siciliam ſuperet. Wess.

Pag. 192. *l. ult.* Ἔτη συνάγεται ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἕξ) Haec vitio eſſe foedata, Bongarſius pertendit ad Iuſtini L. XXII, 5. Cauſam id ſtatuendi reperiſſe ſibi viſus eſt in ſequenti auctoris L. XX, 2, ubi a Troia capta ad Agathoclis in Africam expeditionem numerantur anni DCCCLXXXIII; quam quidem expeditionem cum tyrannus ingreſſus ſit anno dominationis VII, legendum eſſe ἑπτάκοντα ἕξ. Addit, *niſi ſuperior numerus* (libri videlicet XX, 2,) *emendandus videatur, ut legamus* ἑπτακοσίων pro ὀκτακοσίων. *Et hoc verius.* Male utrumque. In mendo ſunt verba lib. ſeq. cap. 2, ſcriptumque ab auctore fuit, ſicuti, cum eo devenerimus, dicetur uberius, τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ἑβδομήκοντα. Quod cum non animadverteretur, virum doctiſſimum in fraudem induit. Nam, quae hoc loco perſcribuntur, ipſa labis ſuſpicione libera ſunt. A Troia capta ad Heraclidarum in Peloponneſum reditum anni abierunt LXXX. Inde ad primam Olympiadem CCCXXVIII, ceu proditum a Diodoro eſt L. I, 5. Adde in cumulum ſolidas Olympiades CXIV, praetereaque tres annos, & ratio conſtabit. Wess.

Pag. 193. *l.* 7. Μάνιον Φούλβιον) Reducito ex annalibus Capitolinis Μάρκον Φόσλιον. Rhod. *M. Fulvium* collegam addidit *L. Plautio* ex Caſſiodoro in Faſtis Cuſpinianus, apertiſſime Diodori ſcripturae favente. Sed aliter Caſſiodori meliores libri. Itaque non repugno. Confer Livium L. IX, 20, & Pighium ad ann. CCCCXXXV. Wess.

ead. l. 12. Ἐν Θέρμοις τῆς Σικελίας) Urbis originem vide L. XIII, 79. Wess.

Pag. 194. *l.* 2. Ἐξέπεσε χρησμὸς) Frequens de oraculorum reſponſis eſſe ſolet. Vid. not. in L. IV, 42. Lucianus Alexand. c. 24, καὶ γὰρ αὖ καὶ οὗτος ἐξέπεσεν ὁ χρησμός. Wess.

Pag. 195. *l.* 9. Πένης δ' ὢν, ἐδίδαξε τὸν Ἀγαθοκλέα &c.) Patrem Agathoclis, ipſumque tyrannum prima iuventute figulinam exercuiſſe, inter ſcriptores convenit, Polybium L. XII, 6, Plut. Apophtheg. p. 176 E. & de ſui Laud. pag. 544, Iuſtin. Lib. XXII, 1, Athen. L. XI, p. 466 A. atque alios. De aetate, quam agens Syracuſas commigravit una cum patre, controverſa res. Noſter ſeptennem eo deſcendiſſe ſignificat: at Polybius ferme XVIII annos natum: quod vero eſt ſimilius. Deceſſit Agathocles anno Olymp. CXXII, 4, aetatis LXXII, poſtquam annos XXVIII principatum adminiſtraſſet, uti docetur L. XXII, Eclog. XII. Natus ergo eſt circa initium Olymp. CV. Iam Timoleon ſub principium Olymp. CX Siculis Graeciſque ad Syracuſanae civitatis ius aditum dedit, quo tempore annis XVIII paullo maior erat Agathocles. Proinde ἑπταέτους δ' ὄντος αὐτοῦ de aetate, qua a patre agnitus eſt, accipi dumtaxat debet. WESS.

ead. l. 12. Κρημισσῷ) Plutarchus in Timol. (pag. 248 D.) confirmat eam, quae in textu eſt, lectionem. STEPH. Κριμισσῷ) Κρίμησον ποταμὸν vocat Plutarchus, Κριμισσὸν rectius Lycophron v. 961, & eius commentator Tzetzes, pluresque alii. Vid. Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. II, p. 267, & Holſten. ad Steph. in Κρίμισα. WESS.

Pag. 196. *l.* 6. Δάμας γάρ τις τῶν ἐνδόξων) Meminit hominis Iuſtinus L. XXII, 1, ſed *Damaſconem*, cuius uxorem adulterio cognitam poſt viri mortem in matrimonium receperit Agathocles, vocitans. WESS.

Pag. 197. *l.* 12. Περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος &c.) Rerum Sicularum libro ſuperiore proximo ne minima quidem fit mentio. Ideo parentheſis haec alicui tota removenda videatur. Atqui haec ipſa non minimam nobis ſuſpicionem movet, vel alium anteceſſiſſe hunc librum, quo res Siculorum fuerit complexus; vel eaſdem commode alicubi fuiſſe intertextas, maxime cum bis exiguo intervallo eadem ἀνάμνησις repetatur. Et haec forte cauſa eſt, quod biennii etiam magiſtratus deſiderantur. RHOD. Tractaverat res Siculas ſuperiore libro, & ea quidem parte, quam omnibus in libris defectam oſtendimus L. XVIII, 44. WESS.

Pag. 198. *l.* 5. Οἱ μὲν περὶ Σωσίστρατον ἐδυνάστευσαν τῆς πατρ.) Nihil refert Σώστρατον legas, an Σωσίστρατον· hoc plenum, illud contractum eſt. Quid? Polyaenus Σωσίστρατον itidem appellat, & qua via, expulſo Agathocle, dominatum Syracuſis occuparit, docet L. V, 37. WESS.

ead. l. 14. Παραβόλοις ἐγχειρῶν πράξεσιν) Hoc melius. Supra L. XV, 31, καὶ παραβόλοις πράξεσι χρώμενος. Et L. XX, 3, ἐπετελέσατο πρᾶξιν παραβολωτάτην. Wess.

Pag. 199. *l.* 5. Κεκοινωνηκότων τῆς τῶν ἐξακ.) Explevi orationem, articulis deſtitutam, ut leniore tractu pergeret. Wess.

Pag. 200. *l.* 9. Παρήγγειλε καὶ τοῖς σαλπιγκταῖς) Locus, ſi quae neceſſitas urgeret, σαλπισταῖς eſſe poſſet, uti apud Lucian. Ver. Hiſt. L. I, 17. Sed ea quidem nulla eſt. Vide not. in L. III, 37. Wess.

ead. l. 15. Τοῦ μὲν ἔτι διώκειν ἀπέστησαν) Putarem τοῦ μὲν ἐπιδιώκειν fuiſſe olim, idque vulgato eſſe elegantius, niſi auctor hoc dicendi genus alias probaret. Vide mox c. 9. Wess.

Pag. 201. *l.* 8. Ἀκεστορίδου τοῦ Κορινθίου) Fortaſſe in continuis illis turbis eum Syracuſani ex metropoli ſua, ut olim Timoleontem, arceſſiverant. Wess.

Pag. 202. *l.* 2. Ἀνοδίᾳ τοῦ ἑτέρου μέρους τὴν &c.) Τοῦ ἑτέρου μέρους reiectanea ſunt. Rhod. Ἀνοδίᾳ τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιήσατο) Si legeris diſtracta voce cum Regio 1. ἄνω διὰ τοῦ ἑτέρου μέρους, ferri utcunque voces iſtae poſſent. Suſtuli tamen Codd. imperio. Ἀνοδίᾳ χρήσασθαι Philoni dicuntur, qui per aſperum ac difficile iter progrediuntur, lib. de Temulent. p. 247 B. & L. I Vit. Moſ. pag. 628, Straboni διὰ ὀρῶν, καὶ ἀνοδιῶν καὶ κυκλοπορείας, L. XI, p. 795 C. & L. XVI, p. 1127 A. Wess.

ead. l. 13. Παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν) Egregie his uſus eſt Io. Fr. Gronovius Obſ. L. IV, 4, ut in Iuſtino L. XXII, 2, legi oportere teneret: *Tum Hamilcari* (Agathocles) *expoſitis ignibus Cereris tactiſque, in obſequia Poenorum iurat.* Sic enim olim mos ferebat, ut in templis atque ad aras καθ' ἱερῶν iurarent. Vide virum doctiſſimum ad Appian. Hiſpan. p. 431. Wess.

Pag. 203. *l.* 6. Μετὰ τὴν ὀλιγαρχίαν ὑφηγημένον τῆς πόλεως) Lege κατά. Neque enim ſexcenti iſti, reſtituto populari imperio, Syracuſis praeerant. Fuerant, cum paucorum dominatus valeret, praecipua poteſtate inſtructi, qua, reipublicae mutata forma, exciderant. Nihil clarius. Wess.

Pag. 204. *l.* 1. Τούς τε ἐκ Μοργαντίνης) Vid. L. XI, 78, & XIV, 78. Videntur autem Morgantini tanto cupidius ad Agathoclem ſeſe adiunxiſſe, quod eum ſibi praetorem & ducem antea impoſuerant ipſi apud Iuſtin. L. XXII, 2. Mox doctiſſimus interpres καὶ τοὺς αὐτῷ πρότερον συμπορευθέντας

πρὸς Καρχηδονίους vertit, *cum illis, qui adverſus Carthagi-nienſes operam ei prius navaverant:* haud ſcio an male. Ex Iuſtino quidem certe conſtat, Agathoclem ad Carthaginienſes, cum patria exſul aberat, ſeſe applicuiſſe. Wess.

ead. l. 15. Εἰς τὸ Τιμολεόντιον) Nepos Cornel. Timol. cap. ult. *Timoleonteum*, & Plut. extrema vita Timol. Τιμολεόντειον vocant: cum Noſtro facit Polyaenus, eſtque diſcrimen perleve & in veterum ſcriptis frequens. Sylburgium vide ad Pauſan. L. II, p. 171. Wess.

ead. l. ult. Τοὺς περὶ Πείσαρχον καὶ Δεκλέα &c.) Immanem hanc perfidiam & crudelitatem attigit etiam Polyaenus Lib. V, 3, 8, ſed Τίσαρχον καὶ Διοκλέα praecipuos ex illis ſexcentis, & verius, me iudice, appellans. In reliquis non uſquequaque conſentit, ut nec Iuſtinus L. XX, 11, 2. Wess.

Pag. 205. *l.* 15. Οἱ μὲν γὰρ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν) *Nam gratioſiſſimi civium* interpres. Tu vide not. in L. XI, 88. Wess.

Pag. 207. *l.* 1. Τὰς ἰδίας εὐπορίας ἐπανορθώσασθαι) Immo ἀπορίας ἐπανορθώσασθαι. Steph. Adſtipulor Stephano. Statim αὐλείους θύρας vocat, quae ipſo aedium in veſtibulo erant. Philo Iud. de Congreſ. Quaer. Erud. Cauſ. p. 425: ὥσπερ γὰρ ἐν μὲν οἰκίαις ΑΥΛΕΙΟΙ πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι᾽ ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. Harpocration, Αὔλειος, ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας· ubi Valeſium vide, & ad Euſeb. L. IV Vit. Conſtant. c. 7, atque ad Evagrium H. Eccleſ. L. IV, 1. Wess.

Pag. 208. *l.* 8. Πρὸς τοὺς Ἀκραγαντίνους) Conſule c. 70 inferius. Wess.

Pag. 209. *l.* 1. Καὶ συνήθη τοῖς συγγραφεῦσι τραγῳδίαν) Δεινοπάθειαν, ut Suidas explicat, ſive tragicam & cum indignatione coniunctam deſcriptionem. Vide Severianum Or. VI de Mundi Creat. T. VI, pag. 499 B. operum Io. Chryſoſtomi. Wess.

ead. l. 7. Ἔπραττον καθ᾽ αὑτοὺς) Ultimas voces in Latinis neglexerat interpres. *Solos ſeorſimque agentes* exprimunt, ut alias dictum eſt. Conf. Lamb. Bos Animadv. c. 4. Wess.

ead. l. 13. Δεινοκράτην μὲν ἀφῆκε) Fuit Dinocrates exſulum deinde dux, multumque negotii tyranno faceſſivit, quamquam & ipſe praevaricator ac tyrannidis cupidus. Vide infra c. 104, & L. XX, 80. Ad eum referunt nummum Syracuſanum, ΔΕΙΝΟ. inſcriptum, L. Begerus Theſ. Brand. T. I, p. 298, & Sig. Havercampus in Parutae Num. p. 1050, coniectura non admodum certa. Wess.

Pag. 210. *l.* 6. Τὸ μὲν χλαμύδιον ἑαυτοῦ περιέσπασε) Non multum diſſimile Gelonis, ſed viri melioris, inſtitutum deſcripſit auctor L. XI, 26. Wess.

Pag. 211. *l.* 4. Οὗτος μὲν ἐχειροτονήθη) Ferri utcunque vulgatum poteſt: praeoptarem tamen, mei ſi res eſſet arbitrii, οὕτως μέν. Wess.

ead. l. 8. Τὴν ἔχθραν εἰς κενὸν — ἐνδείκνυσθαι) Fruſtra nulloque profectu. S. Paullus Epiſt. ad Philipp. II, 16, οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Heliodorus L. X, p. 502, τῶν σκελῶν δὲ ἄπρακτα σκαιρόντων καὶ εἰς κενὸν ἀερονομούντων· quod poſterius luctatorum & pugilum eſt, cum verberant ictibus auras, aut, ut Seneca loquitur Quaeſt. Nat. Lib. VII, 23, cum manus exercent, & in ventum iactant brachia. Wess.

ead. l. ult. Καὶ πολλοὺς μὲν εὐεργετῶν &c.) Firmat Polybius, Agathoclem referens conſtabilita tyrannide πάντων ἡμερώτατον δοκεῖν γεγονέναι καὶ πραότατον, Excerpt. pag. 1383. Wess.

Pag. 212. *l.* 5. Ἅπερ εἰώθασι ποιεῖν σχεδὸν ἅπαντες οἱ τύραννοι) Bene Claudianus de IV Cos. Honor. v. 290:

— — — ſors iſta tyrannis
Convenit: invideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladiis vivant, ſeptique venenis.
Ancipites habeant arces. —

Confer Io. Stobaeum Tit. XLVII. Wess.

ead. l. 11. Ῥωμαῖοι — διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας) De Samnitici belli duratione non admodum diſcordat Livius L. VIII, 23. Ferri etiam Σαυνίτας ex Reg. 2. poterat, quoniam plerumque ita gentem appellant ἀπὸ τῶν Σαυνίων Graeci, docente ad Strabon. L. V, p. 383, viro magno, niſi Euſtath. in Dionyſii Perieget. v. 375 Σαμνίτας Diodorum praeferre monuiſſet, & hi id libri loquerentur. Wess.

Pag. 213. *l.* 3. Καὶ προσαγ. Κανυσίους) Non moveor auctoritate earum ſchedarum, quae Κανουσίους praeoptant. Vulgatum tuentur Graecorum plerique & Latini. Vid. Ph. Cluver. Ital. Ant. L. IV, p. 1221. De re ipſa ſic Livius L. IX, 20: *& ex Apulia Theanenſes Canuſinique, populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio conſuli datis, in deditionem venerunt.* Tum poſt pauca: *& duae Romae additae tribus, Uſentina ac Falerina.* Unde apertum cuivis erit, iure reſcriptam eſſe τὴν Ὠφεντίναν, quo modo & Sigonius citat ad eum Livii locum, legitimamque eſſe Φαλερίναν, ut ibidem Sigonius ex ſuo Codice. Wess.

ead. l. 7. Πρὸς μὲν Βρεττίους διελύσαντο) Vide obiter de eo bello loquentem cap. 4 huius libri, & de Menedemo L. XXI, Eclog. 4, ubi Crotoniatarum tyrannum fuiſſe factum indicatur. Wess.

Pag. 214. *l.* 14. Προσλαβόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην) Pyrrhi regis patrem, quem Αἴακον Dexippus & Syncellus perperam appellant, apud Pauſan. L. I, 11, p. 27, & Iuſtin. L. XIV, 5. Wess.

ead. l. ult. Ἐν Εὐίοις τῆς Μακεδονίας) De mendo cogitare noli. Meminit urbis in Daſſeratarum finibus poſitae Ptolemaeus L. III, 13, p. 93. Wess.

Pag. 215. *l. ult.* Παρανομήσασα τοὺς &c.) Malim εἰς τούς. Steph.

Pag. 216. *l.* 3. Ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέτταρας) Iuſtinus ibid. ſex annis poſt Alexandrum potitum fuiſſe regno ait. Septem vero illi contribuunt Porphyrius & Dexippus, inchoatum, ut ſolent, pro abſoluto numerantes. Porro impotentis vetulae poſt reditum ex exſilio atrocem vindictam & nefariam in cognatos crudelitatem non praeteriit Pauſanias L. I, 25, & L. VIII, 7. Nimirum

— — — *Regnabit ſanguine multo,*
Ad regnum quiſquis venit ab exſilio,

vere dixit incertus auctor apud Sueton. Tiber. c. 59. Wess.

ead. l. 15. Τὸν μὲν ἄνδρα περιέστειλεν) Interpretis *obvelavit* generalius eſt. Moritura regina morientis mariti corpus compoſuit, veſtibuſque involvit, ut fato functos ſolent. Ioſephus Antiq. Lib. XIX, 4, 1: καὶ γὰρ τὸν νεκρὸν περιέπλεξε τοῦ Γαΐου, καὶ ἀναθέμενος ἐπὶ κλίνης καὶ ΠΕΡΙΣΤΕΙΛΑΣ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων &c. Auctor ipſe Excerpt. Valeſ. p. 282: ἀναλέξας δὲ τὰ τοῦ σώματος ὀστᾶ καὶ φιλανθρώπως ΠΕΡΙΣΤΕΙΛΑΣ ἀπέστειλε. Haec de verbo. Fuit Eurydice, primitus *Adea* dicta, magni animi femina, Philippi neptis, filia Amyntae & Cynnes, ſive Cynanes, armorum non imperita, uti docent Arrian. in Photii Biblioth. p. 220, & Polyaen. Lib. VIII, 60. Confer Ioach. Kuhnium & Iac. Perizon. ad Aeliani Var. Hiſtor. L. XIII, 36. Wess.

Pag. 217. *l.* 5. Κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον) Aiunt hoc demum tempore quorundam indicio fuiſſe cognitum, venenatam potionem Alexandro praebuiſſe Iollam, proptereaque in mortui iuvenis reliquias Olympiadem ſaeviiſſe: Ἕκτῳ δὲ ἔτει (a morte Alexandri) φασὶν μηνύσεως γενομένης τὴν Ὀλυμπιάδα πολλοὺς μὲν ἀνελεῖν, ἐκρίψαι δὲ τὰ

λείψανα τοῦ Ἰόλα τεθνηκότος, ὡς τούτου τὸ φάρμακον ἐγχέαντος, Plut. in extrema Alexandri vita. Wess.

Pag. 218. *l.* 2. Ἐν ταῖς ὀνομαζομέναις Καρῶν κώμαις) Diceres propter Carrhas fuiſſe, mora Abrahami & Craſſi clade nobilitatas, niſi illae Lib. XIX, 91, extra Babyloniam, uti erant, locarentur. Wess.

ead. l. 7. Καθ' ὃν καιρὸν ἡ δευτέρα &c.) Vide L. XVIII, 39. Wess.

ead. l. 14. Πρὸς Ἀντιγένην) Sic Baſileae vulgarunt, & melius: namque eum ad modum vocabulum id Diodorus terminare aſſuevit; neque praeter morem ille, de quo Demetrius περὶ Ἑρμην. Sect. CLXXVII. Wess.

Pag. 219. *l.* 13. Ἔτι γὰρ — περὶ γῆν ἦν) Repono περιῆν. Steph. Libens viro doctiſſimo ſubſcribo. Alioqui ex ſchedis ἦσαν δὲ τὰ σκάφη ταῦτα τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου rectius fuerit. Wess.

Pag. 220. *l.* 9. Ἐκινδύνευσεν —— τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τῆς πλήμης &c.) Nihil hinc demuto. Quae Codd. aliqui offerunt, modo leviter adiuves, ſententiam dant minime malam, nec meliorem tamen. Liquet autem, Eumenem inſidiis his ad Tigrin flumen fuiſſe circumventum: proinde ſecum ipſe diſſentit auctor, propter Euphratem eas inſtructas memorans ſuperioris libri cap. 73. Wess.

Pag. 221. *l.* 15. Διὰ τὴν τοῦ σίτου σπάνιν) Id miror vehementer. In Suſiana frumenti uberrimus erat proventus, ſaepeque terra centeſimam frugem, nonnunquam & ducenteſimam reddebat. Πολύσιτος δ' ἄγαν (Suſiane) ὥστε ἑκατοντάχουν δι' ὁμαλοῦ καὶ κριθὴν καὶ πυρὸν ἐκτρέφειν· ἔστι δ' ὅτι καὶ διακοσιοντάχουν Strabo ait L. XV, p. 1063 C. Wess.

Pag. 222. *l.* 11. Γένει Παρθυαῖος. ὃς Φιλώταν &c.) Haec ſunt morboſa valde. Python genere Macedo domoque Eordenſis fuit, a Parthorum genere alieniſſimus. Teſtem huic rei fero Arrianum Ἀναβ. Lib. VI, 28. Deinde Philotas cui regioni praefuerit, tacetur abſurde; quam tamen Parthiam fuiſſe ex ſequentibus conficias. Atqui eam provinciam forte obtinuerat Philippus, quod praeter Arrianum in Photii Biblioth. pag. 223 indicavit Diodorus L. XVIII, 39. Ecquid ergo dubii ſupereſſe poteſt, dediſſe auctorem στρατηγὸς — σατραπειῶν ἁπασῶν γενόμενος, Φίλιππον μὲν τὸν Παρθυαίας προϋπάρχοντα στρατηγὸν ἀπέκτεινε. Scripti certe libri ex magna parte hoc verum praeſtant. Wess.

Pag. 223. *l.* 1. Καὶ μεγάλαις ἐπιβολαῖς περιβαλλομένου) Si

μεγάλου ταῖς ἐπιβολαῖς ex Reg. 1. malueris, nihil reluctabor. Vulgatum non placet. Quae vero conſequuntur, proba ſunt. Vide Aelian. Hiſt. Var. L. XIV, 48. Wess.

ead. l. 8. *Συνηθροικότων εἰς τὸ αὐτὸ*) Ne move. Interpretes Alexandrini Nehem. IV, 8, *συνήχθησαν ἅπαντες ἐπὶ τὸ αὐτό*. S. Lucas A. A. II, 1, *ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό*· ubi diligentiſſimi Raphelii ex Polybio notas inſpice. Wess.

ead. l. 14. *Σατραπείαν δ' εἶχεν ἔτη πλείονα τῆς Περσίδος*) Revocavi ex Baſil. & ſcriptis veriorem ſcripturam. Peuceſtae enim non maior tantum Perſidis pars, ſed univerſa parebat, ut Lib. XVIII, 39, traditum fuit: cuius quidem praefecturam cum ab Alexandro acceperit apud Arrian. Exp. Alex. L. VI, 28, iuſtum utique eſt *ἔτη πλείονα*. Wess.

Pag. 224. *l.* 9. *Πολέμων δ' ὁ Μακεδὼν*) Immo vero *Τληπόλεμος*. Hoc nomine Carmaniae praefectum omnes deſcribunt. Vid. L. XVIII, 39, & XIX, 28, Arrian. Exp. L. VI, 27 &c. Wess.

ead. l. 11. *Καὶ Σιβύρτιος*) Optime ſcripti Codd. Vitium, quod praefecti huius nomen ſaepe foedavit, non fugit Ian. Gebhardum ad Nepot. Eumen. c. 13, & N. Blancardum in Arrian. L. VI, p. 429. Wess.

Pag. 225. *l.* 4. *Ἐκ δὲ τῆς Ἰνδικῆς Εὔδαμος* &c.) *Εὔδημος* huius libri c. 44, & Arrian. L. VI, 27. Sed hoc leve. Conſtat ex eodem Arriano, Eudamum in Indis ab Alexandro fuiſſe relictum, & Poro tanquam cuſtodem appoſitum. Wess.

ead. l. 9. *Πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων* &c.) Haec bona ſi fuerint, error eſt in ſuperioribus numeris. Sede ad calculos, & peditum ampliorem numerum, equitum paullo minorem reperies. Equidem ſine membranarum ſuffragio nihil tentare ſuſtineo. Vide tamen inferius c. 27. Wess.

Pag. 226. *l.* 10. *Ἵστατο γὰρ — σκηνὴ*) Vide not. in Lib. XVIII, 61. Wess.

ead. l. 14. *Συνῆγε καθ' ἡμέραν συνέδριον*) Adſcripſerat Scaliger libri ſui orae *συνήγετο*, aut *συνῆλθε*, quorum alterutrum & ego mallem, vulgato quippe praeſtantius. Non recte enim dixeris, Eumenem in ſingulos dies eum conſeſſum coëgiſſe. Id praeſidis erat, quam dignitatem praefectorum ceteri homini meo negabant. Wess.

Pag. 227. *l.* 3. *Οἱ βασιλεῖς συντετάχεισαν διδόναι*) In hoc acquieſco. *Συνέστησαν* Reg. 1. gloſſa eſt, alibique locorum

ſedem occupare commodiorem poteſt. Conf. And. Dounaeum Praelect. in Demoſthen. Or. de Pac. p. 14. Wess.

Pag. 228. *l.* 6. Ἄτταλος καὶ Πολέμων &c.) Horum cladem & captivitatem L. XVIII, 45, perſecutus fuit. Wess.

ead. l. 12. Ἐπεισάν τινας τῶν τηρ. αὐτοὺς λῦσαι) Perperam omittitur pronomen in Reg. ſchedis: neque enim abſentiam eius ferre poteſt verbum λῦσαι, quo de erudite Sam. Clarke ad Iliad. A, 20. Wess.

Pag. 230. *l.* 6. Πρὸς τὴν Ἀντιγόνου γυναῖκα Στρατονίκην) Meminit feminae in Demetrii, cuius mater erat, vita pag. 889 D. Plutarchus. Mox καὶ δεύτερος διὰ ταύτης ἐκπηδήσας *cum uno comite* optime interpres: ſic enim moris eſt. Aeſchines Or. de Leg. Falſ. p. 52, δέκατος δὲ αὐτὸς πρεσβεύσας, *legatus cum novem ſociis profectus.* Τέταρτος ἐξῄει de Abrahamo cum filio & duobus vernis ad ſacrificii locum pergente Philo Iud. de Abrah. p. 374 A. Λυσανορίδαν δὲ τρίτον αὐτὸν ἀντ' ἐκείνου πέμψαντες Plut. Socrat. Daemon. p. 576 A. Ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξε, i. e. *Noam cum ſeptem aliis*, in altera S. Petri Epiſt. cap. 2, 5. Neque enim audiendi illi ſunt, qui ὄγδοον κήρυκα connectunt imprudenter. Wess.

Pag. 231. *l.* 1. Ἐπ' ἄρχοντος — Δημοκλείδου) Non aliter Dionyſius in Dinarch. p. 116. At ſtadii victorem Euſebius Demoſthenem Laconem non ſine erroris ſuſpicione vocat. De Coſſ. anni huius Livius L. IX, 20. Wess.

ead. l. 14. Ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν) Verius multo legeretur τὸν Πασιτίγριν. Neque dubito, quin auctor ita ſcripſerit, ſtulti vero librarii primam vocabuli partem amputarint. Mox ἧ τῆς ὀρεινῆς egregie Baſil. ἔκδοσις. Wess.

ead. l. 16. Ἡ τῆς ὀρεινῆς ἔχεται) Fortaſſe ἧ. Rhod.

Pag. 232. *l.* 3. Φερόμενος — ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους) Non repeto, quae de hoc loco alias diſputata fuerunt. Vide ad L. XVII, 67. Wess.

ead. l. 7. Τοῦτον δὲ τὸν ποταμὸν προβαλόμενοι) Abſurdum eſt προλαβόμενοι veterum quorundam librorum. Auctor ſuum tuetur L. XVII, 18, προβαλλόμενοι τὸ ῥεῖθρον τοῦ προειρημένου ποταμοῦ. Tum huius lib. cap. 25, προβεβλημένοι γὰρ ἀμφότεροι ποταμόν τινα. Alibi προβλήματι ῥείθρου, aut προβολαῖς ποταμῶν χρώμενοι, ſimili in re. Wess.

ead. l. 14. Ἐπὶ τῷ μὴ τετευχέναι τῆς στρατείας) Repone στρατηγίας, & poſt συνεχώρησεν interpunge. Rhod.

Pag. 233. *l.* 10. Καὶ σκοπὰς ἐχούσης ὑψηλὰς) Etſi σκοπὰ

& σκοπιὰ ſaepe in ſcriptis permiſceantur, pari tamen paene ſunt poteſtate, neque opus eſt, ubi nullus membranarum diſſenſus, ut ſibi concedant. Vide T. Hemſterhuſium in Luciani D. Marin. I, 1. Ceterum mos ille, qua in ſpeculis collocati clamore alter alteri, ſecundus tertio, atque ita κατὰ διαδοχὴν ſignificabant, ſi quid accidiſſet, per erat in Perſide antiquus. Xerxes enim Graecis bellum illaturus λέγεται διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μεχρὶς Ἀθηνῶν, ὡς δύνασθαι διὰ φωνῆς δηλοῦσθαι τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἑλλάδι τοῖς Πέρσαις, διαδεχομένων τῶν διεστώτων τὰς παρ' ἀλλήλων φωνάς. Haec Cleomedes Κυκλ. Θεωρ. L. II, p. 169, inſuper addens, διὰ δύο νυχθημέρων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Πέρσας clamorem eum, geſtarum rerum indicem, perveniſſe. Alium nuntiandi modum, & accenſo quidem & ſublato igne, deſcribit Diodorus huius libri cap. 57. Wess.

Pag. 234. *l.* 15. Πρὸς τὸν Κοπράτην ποταμὸν) Non praeteriit hoc Suſianes flumen Strabo Lib. XV, p. 1060, haud longo intervallo a Paſitigri provolvi ſignificans. Bene ſit ergo illis Codd. exſcriptoribus, qui ſuum iſti fluvio nomen hoc tandem loco ſervarunt. Iam quod conſequitur ἐπέσχε τῆς πορείας, cur damnetur, nihil eſt. Indicat progrediendi impetum aliquantiſper Antigonum ſtitiſſe, ut mox cap. 24, διόπερ ἡμέρας τινὰς ἐπέσχε τῆς πορείας· & cap. 26, τῆς μὲν πορείας ἐπέσχον, τὴν δὲ στρατιὰν διέτασσον. Wess.

ibid. Ἐπέσχε τῆς πορείας καὶ) Haec gloſſematis ſpeciem habent, ideoque a nobis ſunt praeterita. Rhod.

Pag. 235. *l.* 9. Διαβὰς τὸ ζεῦγμα τοῦ Τίγριδος) Praeſtat Πασιτίγριδος. Illum intelligi res ipſa ſuadet, & Plutarchi Eumen. p. 591 D. locuples teſtimonium. Vidit id ipſum Cellarius Geogr. Vet. L. III, 19, p. 791. Wess.

Pag. 236. *l.* 3. Ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπιβάντων) Iuſtum hoc eſt. Ἐπιβάται, quos librariorum ſocordia progenuit, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, hoc quidem certe loco. Wess.

ead. l. 12. Ἐπὶ πόλεως Βαδάκης) Nuſquam hanc urbem reperire memini, neque adeo decernere tutum eſt, utra verior ſit ſcriptura. De *Eulaeo* ſecus, quod flumen, urbem Suſa atque arcem alluens, neque Straboni, Plinio, Arriano ac Ptolemaeo praeteritum, Danielis vaticinia *Ulai* c. VIII, 2, vocitant. Sitne vero idem ac *Choaſpes* Herodoti L. I, 188, doctorum virorum certamen eſt, de quo ſi quid explorati noſſe velis, ad Salmaſium in Solin. p. 494 adire conſultum erit. Wess.

Pag. 237. *l.* 6. Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ κολώνος) Contrahe in unam vocem ἐπικόλωνος. RHOD. Ἡ μὲν γὰρ ἐπικόλωνος) Erat, cum ἡ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸν Κορωνὸν ab auctore veniſſe ſuſpicarer, iterque indicari, quod praeter radices Coroni montis, de quo Ptolemaeus L. VI, 1, p. 170, & Ammianus L. XXIII, 6, in intimam Mediam pertinebat: quam blandientem coniecturam nunc quidem tueri recuſo. Aptum eſt, quod Rhodomanus, probante Reg. 1. amplexus eſt, eiuſdemque commatis, cuius ἐπίκρημνος. Sit proinde inter ſingularia ſcriptoris Noſtri. WESS.

ead. l. 9. Ἡ δὲ διὰ τῶν Κοσσαίων ἐθνῶν) Reddidi genti ſuum nomen, ſcriptis addicentibus. Vid. Lib. XVII, 111. Mox οὐ ῥᾴδιον — παρελθεῖν στρατοπέδῳ aeque opportunum foret. WESS.

Pag. 238. *l. ult.* Ἐπειδὴ ποθ' ἧκον ἐπὶ τὰς δυσχωρίας) Noli diſcrepantium Codd. auctoritatem ſequi. Quae enim illi adſtruunt, aliena ſunt, atque ex praecedentibus temere repetita. WESS.

Pag. 239. *l.* 14. Καὶ τοῖς ἄλλοις κινδυνεύσας) Ferri haec poſſunt. Neque abſonum tamen cenſendum eſt καὶ τοῖς ὅλοις κινδυνεύσας ex vetuſtis membranis. Quod elegans eſt profecto, Antigonumque in periculum amittendae ſummae rei veniſſe exprimit. Ita κίνδυνος & κινδυνεύειν περὶ τῶν ὅλων ſupra L. XIII, 7, atque apud Appianum Mithridat. p. 326; tum πίπτειν τοῖς ὅλοις, σφάλλεσθαι τοῖς ὅλοις, ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις, συντρίβεσθαι τοῖς ὅλοις, ab optimo quoque uſu frequenti teruntur. WESS.

Pag. 240. *l.* 10. Τῆς δὲ χώρας ταύτης ἀεὶ τετραπόδων γεμούσης) Inter alias Mediae ubertates & commoda Strabo & hanc ponit, quod ſolum eius equis alendis maxime fuerit habile, ἱππόβοτος δέ ἐστι διαφερόντως L. XI, p. 796 C. Nimirum *prata* illic *erant virentia, foetuſque equarum nobilium*, de quibus Ammianus L. XXIII, 6, ut merito Μηδίαν τὴν εὐιπποτάτην vocaverit Max. Tyrius Diſſert. XXVII, pag. 323 ed. Londin. Longe aliter cum Perſide olim comparatum erat, in qua χαλεπὸν ἦν τρέφειν ἵππον καὶ ἱππεύειν ἐν ὀρεινῇ τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον πάνυ σπάνιον, Xenophonte teſte Κυροπαιδ. L. I, p. 7. Mitto alia a B. Briſſonio conducta de Perſ. Regno L. III, 29. WESS.

Pag. 241. *l.* 7. Διέστησαν πρὸς ἀλλήλους) Sine gravi cauſa hinc diſcedunt librorum aliqui. Superius cap. 16 τούτων δὲ πρὸς ἀλλήλους διϊσταμένων, ſaepeque alias. WESS.

Pag. 242. *l.* 3. Ἕως τῆς καλουμένης κλίμακος κοίλη) *Climax* collis cuiuſdam nomen fuiſſe videtur, quod difficilem & ſcalarum in modum aſcenſum, κλιμακωτὴν πρόσβασιν, praeberet. Talis in Ciliciae finibus *Climax* atque in Syria, alibique terrarum apud Strabonem & Ptolemaeum memoratur. Wess.

ead. l. 9. Καὶ φύσεις ὑδάτων) Scaliger βλύσεις ὑδάτων ad libri ſui oram malebat, Rhodomanus in notar. Correct. ῥύσεις ὑδάτων· quod & ego praefero. Dixit ῥύσεις ὑδάτων ſuperioribus in libris ſemel iterumque Diodorus: confunduntur etiam ῥύσεις & φύσεις a librariorum natione, uti L. IV, 56. Iam nihil certius, Perſidem plurium rivorum & fluminum lapſu rigari. Vid. Strabon. L. XV, p. 1060. Wess.

ead. l. 11. Ἦν δὲ καὶ λείας παντοδαπῆς πλῆθος) *Praedam multiplicem* vertit interpres, quem non ſequor. Omne genus pecudes intellige, quas Peuceſtes vi non abegit, ſed ab indigenis ſibi mitti poſtulavit. Heſychius, Λεὶη, ἡ τῶν θρεμμάτων ἀγέλη. Heſiodus Theogon. v. 444:

Ἐσθλὴ δ᾽ ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἑρμῇ ληΐδ᾽ ἀέξειν,
Βουκολίας τ᾽ ἀγέλας τε ——

ubi ſcholia: Ληΐδα δὲ τὴν τῶν τετραπόδων κτῆσιν φασί. λήϊα γὰρ τὰ τετράποδα λέγονται. Sed quid alios advoco? Diodorus de Nabathaeis L. XIX, 97, αὐτοὶ δὲ διελόμενοι τὴν λείαν, ἄλλοι κατ᾽ ἄλλους τόπους ἀπήλαυνον εἰς τὴν ἔρημον. Quo loco quid tandem liquidius? Dicit Nabathaeos pecudes ſuas fuiſſe diſpertitos, eaſque in diverſa ſolitudinis loca, ne in Demetrii poteſtatem venirent, abegiſſe. De praeda ibi nihil. Wess.

Pag. 243. *l.* 1. Ὡς δέ ποθ᾽ ἧκον εἰς Περσέπολιν τὸ βασίλειον) Confer not. in L. XVII, 72. Wess.

ead. l. 13. Καὶ τῶν ἑταίρων οἱ μετ᾽ Ἀλεξ. στρατεύσαντες) Probum hoc & elegans: contra ea vulgatum generalius. Nota eſt in Macedonum militia cohors equitum, qui ἑταῖροι ex Philippi regis inſtituto dicebantur. Eos, ut ſaepe alibi his in libris, auctor innuit. Vide H. Valeſ. ad Polyb. Excerpt. p. 358 edit. Gron. De vitii origine quid multa? Nihil tritius confuſione τῶν ἑταίρων καὶ ἑτέρων in membranis. Inſpice Io. Millii notas in S. Iacobi Epiſt. c. IV, 12, & L. Kuſteri ad Suidam voc. Τοὺς ἑταίρους τραγωδ. Wess.

Pag. 244. *l.* 2. Τοῦ δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ὄντος δυοῖν &c.) Legebatur ὄντος ἐντὸς δυοῖν σταδίων. Ego ſcriptis obſecutus una cum Rhodomano ἐντὸς, quippe ſuperfluum & ex priore

natum vocabulo, induxi. Mox αὐλαίαις optime Stephanus, addicentibus Reg. 1. Venet. & Vat. ſchedis. Adde Coſmam Indicopleuſten Topograph. L. V, pag. 197, qui de αὐλαίας voce non male, & lege in citatis ibi Hyperidis verbis εἱστιῶντο, ut apud Pollucem L. IV, 122. Wess.

ead. l. 7. Κεκαλυμμένας αὐλαίαις &c.) Invenio in ſcriptis exemplaribus αὐχέαις, item αὐχαίαις· in editione typographica ſuperioris temporis αὐχμαίαις. Ego ex αὐχαίαις feci αὐλαίαις, parva mutatione (ni fallor) loco huic adiumentum afferens. Ut autem hic κεκαλυμμένας αὐλαίαις habes, ſic apud Plutarchum in Artaxerxe (p. 1026 B.) ἐκάλυψεν αὐλαίᾳ. Sed & copulata αὐλαῖαι ac περιστρώματα reperiuntur & alios apud ſcriptores, aut certe αὐλαῖα καὶ περιστρώματα. Steph.

ead. l. 10. Ὥστε μηδένα μὲν παρενοχλεῖσθαι τῶν ἑστιωμένων) Sic malui ex ſcriptis Codd. Commodius enim. Meminerunt, ſed obiter, ſplendidi huius convivii Plut. Eumen. p. 591, & Polyaenus Strateg. L. IV, 8, 3. Wess.

Pag. 245. *l.* 13. Ἔστι δὲ προσάγων) Rectius προάγων. Rhod.

ead. l. 14. Ἡ δ' ἐπιστολὴ Συρίοις γεγραμμένη γράμμασιν) Polyaenus, quem haec Diodori aemulatum ſuſpiceris, eadem dicto loco. Σύρια γράμματα non alia fuiſſe videntur ac Herodoti L. IV, 87, Ἀσσύρια, de quibus ſupra ad L. II, 13. Wess.

Pag. 246. *l.* 9. Παρήγαγεν εἰς κρίσιν Σιβύρτιον) Inſtauravi praefecti huius nomen, ſaepe amanuenſium culpa pravum. Vid. ſuperius cap. 14. Wess.

Pag. 247. *l.* 9. Λαβὼν &c. τοὺς πρότερον ὑπόπτους ὄντας & ſeqq.) Commentum, cuius & Plut. Eum. pag. 591 D. commeminit, prudens & uſus in re militari magni. Romanos vide, quorum milites donativi partem dimidiam apud ſigna deponebant, ut minus de deferendo cogitarent, ſed fortius dimicarent, & more humani ingenii illorum maximam curam agerent, in quibus fortunam ſuam verti norant, Vegetius de Re Mil. L. II, 20. Wess.

Pag. 248. *l.* 4. Πρὸς εὔνοιαν προεκαλέσατο) Non dubium eſt, quin hoc praeſtet. Προκληθεὶς εἰς μέθην, προκαλέσασθαι εἰς ἔλεον, & προκληθεὶς πρὸς συμμαχίαν, quae ſuis locis recurrunt, προκαλούμενος εἰς φιλίας Dion. Chryſoſt. Or. xxxi, p. 322 C. id iubent. Wess.

ead. l. 14. Ἐπηκολούθει τοῖς οὐραγοῦσιν) Vicinia vocum

ΘΗΡΑΓΟΥΣΙΝ & ΟΥΡΑΓΟΥΣΙΝ haec verba miſere foedaverat. Eumenes inter belluas & earum ductores, ut tumultu liber attenuatum valetudine corpus reficeret, verſari inſtituit? Nihil abſurdius. Quin ipſe elephantorum barritus hominem enecaſſet. Multo iuſtius eſt, quod amplexus ſum. Audi Plut. Eumen. p. 591 F. *ἐτύγχανεν ὁ Εὐμένης ἐκ νόσου τινὸς ἐπισφαλοῦς ἐν φορείῳ κομιζόμενος ἔξω τοῦ στρατεύματος ἐν ἡσυχίᾳ διὰ τὰς ἀγρυπνίας* , *Eumenes ex ancipiti morbo extra agmen quiete in lectica ob vigilias ferebatur.* Ecquid apertius? WESS.

Pag. 249. *l. ult.* Τοὺς δὲ *στρατεύεσθαι* &c. *διανέμειν*) Quae praecedunt, *διανεμεῖν* ſibi iungi poſtulant. WESS.

Pag. 250. *l.* 4. *Καὶ λόγον εἶπε τῶν παραδεδομένων καὶ παλαιῶν*) Laudo interpretis *fabulam*, quam ſaepe *λόγος* innuit, Io. Alb. Fabricio Bibl. Graec. L. II, 9, 6, docente. Vulgatum vero cur innovaverim, ut patefaciam, opus non eſt. Amplectentur ultro, quibus hae deliciae ſapiunt. Ceterum veterem hanc fabellam deſcripſit Aphthonius Fab. 7, interterque Aeſopicas ex Palatino Codice p. 268 ſſ. Nic. Neveletus, ſed paullo diverſam, publicavit. WESS.

Pag. 251. *l.* 7. Παρήγγειλε — *ἀναζευγνύειν*) Poſſes ex Reg. 1. *ἀναζεύξειν*. Nec neceſſe tamen. In mandatis & minis ſaepe alterum potius eſt. Callimachus H. in Dian. v. 251:

——— *ἀλαπαζέμεν ἠπείλησε*
Λύγδαμις ὑβριστής· ———

ubi Stephanus *ἀλεπαξέμεν*, citra cauſam. Vide, quae ſtatim ſequuntur. WESS.

ead. l. 9. Ἀληθῶς *ὑπέβαλε — — εἰς τὴν Γαβηνὴν*) Legendum *Γαβιηνήν*. Ita enim Strabo nominat L. XVI, (p. 1080 B.) ubi Elymaeorum provinciam facit Gabianam. Perſiae igitur particula eſt. Pro *ὑπέβαλε* legatur etiam *ὑπέλαβε*. RHOD. Ἀληθῶς *ὑπέλαβε* —— *εἰς τὴν Γαβιηνὴν*) Aſſentior viro doctiſſimo, atque utrumque muto. Prorſus enim ineptum hoc quidem loco *ὑπέβαλε* erat. *Γαβιηνὴν* hanc provinciam & Polyaenus vocat Strateg. L. IV, 6, 13. Ὅλην *τὴν Γαβηνῶν* Plut. Eum. p. 592 C. pro *Γαβιηνῶν*. WESS.

Pag. 252. *l.* 7. Τῆς *μὲν πορείας ἀπέσχετο*) Hoc equidem non damno: ſolet tamen auctor *τῆς πορείας ἐπέσχε* magis adamare, veluti poſt pauca *τῆς μὲν πορείας ἐπέσχον*, *τὴν δὲ στρατιὰν διέτασσον* &c. WESS.

Pag. 253. *l.* 6. Ἤλαυνεν *ἀπὸ ῥυτῆρος*) Dionyſius Rom. Ant. L. XI, p. 720, Οὐεργίνιος *δὲ* -- *ἀπὸ ῥυτῆρος ἐλαύνων*

τὸν ἵππον, ἀφικνεῖται. Sophocles Oedip. Colon. v. 893:

——— πάντ' ἀναγκάσει λεὼν
Ἄνιππον, ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
Σπεύδειν ἀπαὶ ῥυτῆρος. ———

Quod genus, equos effuſis habenis incitatos exprimens, ſaepe fefellit interpretes, ut in Obſervat. libris oſtendi. WESS.

ead. l. 16. Ὅτι τὰς ἐλπίδας ἐν αὐτοῖς ἀντέχουσι τῆς νίκης) Sic libri omnes. Haud paullo ea in dictione ſimplex eſt verbum familiarius. Appian. L. IV Belli Civil. p. 1057, καὶ ἐν μόναις ταῖς χερσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχουσι· tum ibid. p. 1060, οὐκ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχουσι. Quin ipſe Diodorus L. XX, 7, ἐν μόνῳ τῷ νικᾷν ἔξουσι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας. WESS.

Pag. 254. *l.* 8. Ἱππεῖς δ' ὀκτακισχιλίους) Μυρίους καὶ τριακοσίους in aciei deſcriptione cap. 29 enumerat. Aut haec ergo boni coloris non ſunt, aut ibi numeros mendae maculaverunt. WESS.

ead. l. 14. Ἔχοντα τὸ περὶ αὐτὸν ἄγημα τῶν ἱππέων) Interpres ἄγημα *turmam* & *agmen* vertit. Mallem Livii & Curtii exemplo Graecam vocem retinuiſſet: nam Latina illa non ſatisfaciunt. Notat in Macedonum militia plerumque ſelectorum equitum alam, ſed numeri non ſemper eiuſdem, ut hoc ex Diodori loco & pluribus aliorum, ab Hugone de Equeſt. Milit. L. III, 5, & Freinshemio Curtiani Indicis voc. *Agema* in unum conductis, liquet abunde. WESS.

Pag. 255. *l.* 1. Τῆς ὑπερωρείας) Scribe ὑπωρείας. Mox ὧν ἡγεῖ mutilatum eſt ex ἡγεῖτο. RHOD.

ead. l. 5. Ἐξ Ἀραχωτῶν ἱππεῖς ἑξακοσίους) Nihil intereſt, hoc ſerves, an Ἀραχωσίας ex cap. 14 recipias. Id mirum, Sibyrtio hic equites DC contribui, dum illic centum dumtaxat & ſedecim adduxiſſe feratur. Similem aliorum in ducum equitibus diſcordiam, ſi animum intendas, reperies: unde non iniuſta ſuſpicio de numerorum notis, ut ſaepe, corruptis. WESS.

ead. l. 10. Ἐλέφαντας μὲν ἐν ἐπικαμπίῳ) Τάξει videlicet, de qua L. XVII, 57. Scripſi paullo ante ex Reg. 1. τούτοις ἴσοι, quoniam ita Diodorus aſſuevit: ceteroqui inſolitum non eſſe prorſus, ut patrio caſui ἴσος iungatur, norunt eruditi. WESS.

ead. l. 13. Ὀχυρωσάμενος τὸ λαιὸν κέρας) Defendi nullo poteſt modo δεξιὸν κέρας, quod editos omnes occupavit. Verſatur in ſiniſtri cornu deſcribenda acie, qua brevi poſt

abſoluta orationem ad dextrum tandem cornu convertit. Optime ergo *τὸ λαιὸν* Reg. 2. Wess.

ibid. *Συνῆψεν αὐτῶν*) Lege *αὐτῷ*. Rhod.

Pag. 256. *l.* 7. *Ἀφηγουμένου τούτων* —— *Ἀντιγένους καὶ Τευτάμου*) Detracta una litera his priſtina rediit ſanitas. Supra c. 24, *προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀφηγουμένου Πευκέστου καὶ Ἀντιγένους*. Wess.

Pag. 257. *l.* 1. *Τὸ Εὐμένους ἄγημα, τοὺς ἴσους*) Totidem alae Eumenis, quam *agema* vocant, equites tribuit Plutarchus in eius vita p. 586 E. Wess.

ead. *l.* 10. *Πεζοὶ μὲν τρισμύριοι πεντακισχίλιοι*) Nunquam tot pedites ex illis, quae ſupra prodidit, conficies. Equitum quidem ratio conſtat, ſed additae in ſummam non ſunt alae duae, ad quinquagenos profundae. Praeterea elephantos CXXV annumeravit. Scribendum ergo *ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν εἴκοσι καὶ πέντε*, modo ſuperiora a mendis ſint libera. Wess.

Pag. 258. *l.* 5. *Ὧ μάλιστα ἐπίστευεν*) *Ἐπίστευον* corrigit Rhodomanus, qui audiendus erit, niſi ſi ad Eumenem referatur. Wess.

ead. *l.* 6. *Καὶ Ἀρμενίας ἀφιπποτοξότας*) Video, quid obmoturi ſint, qui *ἐφιπποτοξότας* probabunt. Sed hinc non diſcedo. Vid. not. in L. I, 8. At unde *ἐκ Παρουλίας ἀφιπποτοξόται* membranarum quarundam veniſſe putabimus? Ecquae hoc nomine per vaſtum orientis tractum regio natiove? Nulla, nulla, inquam. Sola amanuenſium inconſiderantia vitioſum id propagavit. Scriptum erat ΕΚ ΠΑΡΘΥΑΙΑΣ, e quo ipſi, obliteratis fortaſſe vetuſtate & ſitu duarum literarum tranſverſis virgulis, mirificum extuderunt ΠΑΡΟΥΛΙΑΣ vocabulum. Ego vero haud ſcio, an rectiſſimum *ἐκ Παρθυαίας* ſit? Notiſſimi ſunt Parthorum equites & ſagittarii. Ovidius Triſt. L. II, 225:

Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques. ————

Clarius Appianus de Caſſio L. III Belli Civ. p. 1001, *καὶ αὐτῷ τινες καὶ* ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΙ *συνεμάχουν*. Iterum pag. 1003, *καὶ τοὺς* ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΣ *ἀπέπεμπε τιμήσας*. Mitto addere, Parthos ſagittis atque arcu multo nobiliores eſſe Armeniis. Vide tamen & Aelian. Tactic. cap. 45. Wess.

ead. *l.* 14. *Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούς τε ἀνθίππους ὀνομαζομένους*) Niſi erro, atque huius opinionis fruſtra ſum, dederat auctor *τούς τε* ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ, quod peccato, illius, de quo proxi-

me, non diſſimili in ΑΝΘΙΠΠΟΥΣ boni iſti viri commutaverunt. Qui enim quaeſo ἄνθιπποι; *Equites contrarii*, interpres ait. Atqui omnes, qui hoſti obiiciuntur, *equites contrarii.* Ἄμφιπποι deſultores ſunt, veteri militia nobilitati. Aelianus Tactic. c. 37: τάττεται δὲ τοιοῦτον σχῆμα μάλιστα πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους, οὓς καὶ ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ ἔλεγον, ὡς εἰθισμένους μεταβαίνειν ἀπὸ ἄλλων ἵππων εἰς ἄλλους· ubi plura Sixtus Arcerius. Neſcio autem, an mox deleri debeat copula. Ita quidem certe iidem deſcriberentur a Diodoro atque Aeliano Thraces, qui cap. 27, Θρᾷκες ἐκ τῶν ἄνω κατοικιῶν, i. e. in Iſtrum & Scythiam uſque porrecti. WESS.

Pag. 259. *l.* 11. Παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πεντακόσιοι) Interpres aliud agens, *& a ſociis miſſi totidem.* Ego correxi culpam, a N. Blancardo ad Arrian. ſui L. III, pag. 183, levi brachio perſtrictam. WESS.

Pag. 260. *l.* 1. Συναγωνιζομένων — Ταραντίνων ἑκατὸν) Meminit eorundem paullo ante, eſtque Tarentinorum equitum non obſcurum inter auxilia nomen. Livius L. XXXV, 28: *Dein Cretenſes auxiliares, &, quos Tarentinos vocabant, equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit.* Ceterum paullo ante τὸ τάγμα δὲ τοῦτο affectum mihi videtur. Scripſeris πρόταγμα δὲ τούτων, *ante vero horum ordinem*, ſive *horum anteſignani* &c. Ita plane c. 27, πρόταγμα δὲ τούτων ἴλας δύο ξυστοφόρων· tum c. 28, καὶ τούτων πρόταγμα, τῶν Εὐμένους παίδων ἴλας δύο &c. WESS.

ead. l. 9. Τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας — προεβάλετο &c.) Vereor ut ſcriptoris mentem aſſecutus ſit interpres. Προβαλέσθαι eſt *obiicere*, ὑποστείλασθαι *ſubducere.* Statuit Antigonus dextro cornu, cui fidebat maxime, hoſtem aggredi, ſiniſtrum paullo longius retrahere, ut hoc cedendo dimicaret, illo hoſtem propius urgeret. WESS.

Pag. 261. *l.* 13. Ἐξαγαγὼν δὲ ἐπὶ κέρας τὴν ὀλίγην τάξιν) Quae tandem τάξις ὀλίγη iſta? *Expeditine equites*, quos ſiniſtro ex cornu arceſſivit Eumenes? Atqui non eos tantum, ſed ſuos omnes in hoſtem duxit. Fuit fortaſſe τὴν ὅλην τάξιν, qua in cornu exporrecta in hoſtilem aciem ingruere coepit. Ἐξάγειν ἐπὶ κέρας & ἄγειν ἐπὶ κέρας in Graecorum acie id exprimunt. Aelian. Tact. c. 29: ὀρθία δὲ (φάλαγξ) ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύεται, πολλαπλάσιον ἔχουσα τὸ βάθος τοῦ μήκους. Clarius paullo Max. Tyrius Diſſ. XII, pag. 131 ed. Lond. νήχονται ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι (cervae) ἀλλήλαις ἐπο-

μέναι, ὥσπερ στρατόπεδον ἐπὶ κέρως βαδίζον. Sic enim optime correxit Io. Daviſius, ſed cui latuiſſe videtur nota Arcerii in Aeliani eum locum. Adde L. Kuſterum ad Suidae *Ἐπικαίρως παραπλέοντας.* Wess.

Pag. 262. *l.* 6. *Ταῖς μὲν ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεισαν*) Augmenti defectus morari neminem debet. Deeſſe ſaepe, oſtenſum alias fuit. *Προβεβηκότας ταῖς ἡλικίαις* dixit & L. XII, 18, XIII, 89; *τοὺς προεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις* Xenophon Hellen. VI, p. 453. Aliter S. Lucas Ev. I, 18, *καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.* Quod Hebraeorum morem ſonat clariſſime. Dixeris eorum ſermone, *viſchtî skenâh bâah bejamîm*, & verba convenient optime. Wess.

ead. l. 11. *Τό, τε εὐώνυμον κέρας — πεφευγότας*) Nihil frequentius hac eſſe enallage, ſaepe monitum eſt. S. Lucas Evang. c. XIX, 37, *ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος — χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεόν.* Wess.

Pag. 263. *l. ult.* *Περὶ λύχνων ἀφὰς*) Iterum cap. 43, *καταντησάντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Εὐμένη περὶ λύχνων ἀφάς.* Suidas, *Ἀφὰς λύχνων Ἡρόδοτος λέγει·* cuius locum L. Kuſterus indicavit. Interpres bene. Cenſorinum audi de Nat. Die cap. 23: *Poſt id ſequitur tempus, quod dicimus* LUMINIBUS ACCENSIS, *antiqui* PRIMA FACE *dicebant.* Wess.

Pag. 264. *l.* 6. *Ὡς ἂν τέτταρσι πλέθροις*) Fuiſſe videtur *ὡς ἂν ἐν τέτταρσι* &c. Wess.

ead. l. 7. *Τῶν ἱππέων ὁ φρυαγμὸς*) Putes *ἵππων* praeſtare, nec praeſtat tamen. Vid. L. XIX, 49. Wess.

Pag. 265. *l.* 2. *Οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν* &c.) *Namque illa phalanx Alexandri magni, quae Aſiam peragrarat, deviceratque Perſas, inveterata cum gloria tum etiam licentia, non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat,* ſic eleganter de Macedonibus his Corn. Nepos Eumen. c. 8. Wess.

ead. l. 9. *Προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις εἶναι τὸ τῶν* &c.) Si qui *προτερεῖν*, a Diodoro ſaepiſſime uſurpatum, maluerint, illis equidem non pugnabo. Fuiſſe vero certiſſimum reportatae victoriae inter Graecos argumentum, ius & poteſtatem habere in eorum corpora, quos acies confecerat, res eſt teſtata. Erat imperatori *αἴτησις τῶν νεκρῶν ἀσχήμων καὶ περιέχουσα ἥττης ὁμολόγησιν,* Noſter propterea ait L. XVII, 68. De Archidamo Iuſtinus L. VI, 6: *qui cum caedi ſuos iam & victos videret, per praeconem corpora interfectorum ad ſepulturam poſcit. Hoc eſt enim ſignum apud Graecos victoriae traditae.* Quorum quidem & Plut. in Nicia pag. 527 A. ver-

ba anteſtatus etiam fuit Io. Kirchman. in Append. de Funer. c. 4. WESS.

Pag. 266. *l.* 7. Καὶ παρακατασχὼν τὸν -- κήρυκα &c.) Cauſam habebat, ne hoſtes noſſe, quot ſuorum ſuperiore proelio ceciderant, poſſent. Polyaenus Lib. IV, 6, 10: Ἀντίγονος πλείονας ὄντας τοὺς οἰκείους νεκροὺς λαθεῖν βουλόμενος, ἐπὶ τοσοῦτον κατέσχε τὸν κήρυκα (ab Eumene miſſum) ἐφ' ὅσον αὐτῶν πάντων τὰ σώματα ἔκαυσεν. WESS.

ead. l. 15. Διήνυσε γὰρ ἕως Γαμάργων τῆς Μηδίας) Inferius cap. 37, ἐν Γαδαμάλοις, ſive Γαδάρλοις, variant enim libri, τῆς Μηδίας. Idem Mediae tractus eſt, quidquid ad Polyaenum Lib. IV, 6, 11, ubi ἐν Γαδαμάρτοις τῆς Μηδίας, obloquatur Maaſvicus. Regionis verum nomen nondum reperi. WESS.

Pag. 267. *l.* 14. Ὄντος δὲ παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς) Apud Cathaios ſupra L. XVII, 91. Conſentit egregie Strabo L. XV, p. 1024 B. ſed paucis defungens, & longe ab elegantiſſima hac Diodori ἐκφράσει remotus. WESS.

Pag. 269. *l.* 3. Καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι) Explicat Plato L. IX de LL. p. 871: πρῶτον μὲν τῶν νομίμων εἰργέσθω, μήτε ἱερὰ, μήτε ἀγορὰν, μήτε λιμένας, μήτε ἄλλον κοινὸν ξύλλογον μηδένα μιαίνων. Sed latius adhuc porrigitur, copioſiſſime docente Deſ. Heraldo Animadv. in ius Att. & Rom. L. VII, 23. WESS.

ead. l. 9. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι) Non praeteriit hanc in Indis feminarum, ut una cum maritis conflagrarent, contentionem Plutarchus T. II, p. 499 C. Venuſte Propertius L. III Eleg. XI, 15:

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum poſitis ſtat pia turba comis:
Et certamen habent leti, quae viva ſequatur
Coniugium: pudor eſt, non licuiſſe mori.
Gaudent victrices & flammae pectora praebent,
Imponuntque ſuis ora peruſta viris.

Sic bene vulgatum *Ardent victrices* mutavit H. Stephanus Schediaſm. L. V, 10, probante Io. Broukhuſio, quem, & Paſſeratii Commentarium, vide. WESS.

Pag. 270. *l.* 11. Ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει &c.) Valerius Maxim. L. II, 6, 14 extr. poſtquam de contendentibus Indorum uxoribus dixiſſet, opportune, *Victrix*, addit,

gaudio exſultans, deductaque a neceſſariis laetum praeferentibus vultum, coniugis ſe flammis ſuperiacit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: ſuperatae cum triſtitia & moerore in vita remanent. Sed hauſit ille ex Ciceronis fontibus Tuſcul. Diſput. L. V, 27, ubi Camerarius & Daviſius plures excitaverunt. Id addo, variis ad hanc diem Indiae in locis veterem morem durare, beataſque eas praedicari feminas atque in coelum ferri, quae in mariti rogum uſtulandae inſiliunt. Teſtes, qui rem oculis uſurparunt, plurimi ſunt. Unum adi Ludov. Romanum Navigat. L. VI, 9, culte funerandi hunc ritum perſequentem. WESS.

Pag. 271. *l.* 5. Χρυσῶν ἀστερισμῶν — λίθοις διειλημμένος) Ordo verborum διειλημμένων poſtulat. Addita enim ſtellulis illa lapillorum lumina erant, ut auro mutuum praeſtarent lenocinium. Quin equidem haud ſcio, an ἀστερίσκων ſcripſerit auctor? Ἀστερισμὸς certe & καταστερισμὸς, quo titulo Eratoſthenis inſignis libellus eſt, aliud indicat. WESS.

ead. l. 13. Τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν) Sollemnis tali in decurſione numerus ternarius. Homerus Iliad. Ψ, 13:

Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
Μυρόμενοι. ———

Virgilius Aen. XI, 188:

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos: ter moeſtum funeris ignem
Luſtravere in equis. ———

Plura ſi cordi fuerint, Kirchmannum de Funer. L. III, 3, & quos ad Statium advocavit Theb. VI, 214, Gaſp. Barthius, conſule. WESS.

Pag. 272. *l.* 3. Ἐκ τῶν Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβινηνὴν) Cur Γαβινηνὴν receperim, dictum ſuperius fuit. De proelio in Paraetacis Corn. Nepos Eum. c. 8: *Hic in Paraetacis cum Antigono conflixit, non acie inſtructa, ſed in itinere: eumque male acceptum in Mediam hiematum coëgit redire.* Sic enim optime viri doctiſſimi Ob. Giſanius & D. Lambinus pravum *hic in par aetatis* conſtituerunt ex hoc Diodori loco. Id vero parum congruet, quod de *acie non inſtructa* addit Nepos, ſi preſſius urgeas. Inſtruxit enim eam Eumenes accuratiſſime, ſicuti cap. 27 & 28 liquido tradunt. Salva res erit, ſi Eumenem caſtris non factis & acie ante ea in campo, ubi commodum erat, ſtructa, ſed in itinere conflixiſſe putes. Lambinum vide de Paraetacis plura adſpergentem. WESS.

ead. l. 15. Τὰ περὶ τἀδελφοῦ καὶ τὸν Ἰόλλου τάφον &c.)

Ita lege, ut & habet unus Codex, non Ἰόλλου τἀδελφοῦ, ex pagina 676. (L. XIX, 11.) STEPH. Verba ſunt, ἀνεῖλε μὲν τὸν Νικάνορα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασσάνδρου, κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον. Bonum ergo factum, quod ex optimae fidei membranis H. Stephanus admiſit. WESS.

Pag. 273. *l.* 11. Ἀκούων δὲ — προσκαθῆσθαι Πολυσπέρχοντα) Malo προκαθῆσθαι. Aliud προσκαθῆσθαι, in obſidionibus tritum, & cum priore permiſceri a librariis ſolitum. Adi Sylburgium ad Pauſan. L. IV, 21. Mox Κάλλαν non ſollicito, tametſi Κάλαν in Macedonibus multi probent. Auctor a more ſuo non deflectit. WESS.

Pag. 274. *l.* 2. Ἀριστόνουν μὲν ἀπέδειξε στρατηγὸν) Domo Pellaeus & Piſaei F. Ariſtonous erat, inter ſeptem olim corporis Alexandri cuſtodes, & propterea in ſumma dignatione & gratia, ut ab Arriano L. VI, 28, & infra cap. 50 indicatur. WESS.

ead. l. 7. Πρὸς δὲ τούτοις Δηϊδάμειάν τε τὴν Αἰακίδου) Iuſtinus de Olympiade L. XIV, 6: *Itaque audito Caſſandri adventu, cum nuru Rhoxane & nepote Hercule in Pydnam urbem concedit. Proficiſcenti* DEIDAMIA, *Aeacidae regis filia, & Theſſalonice privigna, & ipſa clara Philippi patris nomine, multaeque aliae principum matronae, ſpecioſus magis quam utilis grex, comites fuere.* Quae, ſi *nepotem Herculem* excipias, eum enim Alexandrum appellare debuerat, hinc ſumta putes. De Deidamia Aeacidae bene ad eum locum Berneccerus. WESS.

Pag. 275. *l.* 9. Τὴν μὲν πόλιν περιεχαράκωσεν) Vide not. in L. XIII, 49. WESS.

ead. l. 16. Στρατηγὸν ἐξέπεμψεν Ἀταῤῥίαν) Habet de Atarrhia quaedam Freinshem. ad Curtii Lib. V, 2, 5, nec certae tamen fidei. WESS.

Pag. 276. *l.* 14. Ὅπερ οὐδέποτε γενέσθαι συνέβη) Oblitus eorum videtur, quae de Alceta, Aeacidae huius avo, prodidit L. XV, 13. Ceterum Aeacidae calamitatem attingunt Plut. principio vitae Pyrrhi & Pauſan. Lib. I, 11, pag. 27. WESS.

Pag. 277. *l.* 4. Ἐπιμελητὴν ἅμα καὶ στρατηγὸν Λυκίσκον) Confer huius libri c. 88, & perſpicies, Lyciſcum Aeacidae in Epiro ſucceſſorem Alcetam bello vehementi paene oppreſſiſſe. WESS.

ead. l. ult. Ἐν Γαδαμάλοις) Adi ad not. c. 32 huius libri. WESS.

Pag. 278. *l.* 3. Ἐτύγχανον — τὴν χειμασίαν — ὥστ'

ἐνίους &c.) Nihil hinc demuto. Plut. Eum. p. 592 C. hiberna tanto ſpatio fuiſſe diſſepta refert, ut, qui in primis erant, mille ferme ſtadia a poſtremis abeſſent. Quae nulla aut levis eſt diſcrepantia. WESS.

ead. l. 14. Παρασκευάσασθαι δέχ' ἡμερῶν ἄπυρα σιτία) Perperam in his membranae aliquid innovant. Polyaen. L. IV, 6, 11, *προσέταξε δὴ ῥάψασθαι μυρίους ἀσκοὺς, καὶ πλῆσαι τούτους ὕδατος, καὶ σιτία δέκα ἡμερῶν πέμψαντας* (immo *πέψαντας* cum Caſaubono) *ἔχειν*. Latina Nepotis Eum. c. 8 ferme eadem ſunt: *Ad hanc rem conficiendam imperavit* (Antigonus) *quam plurimos utres atque etiam culleos comparari: poſt haec pabulum; praeterea cibaria cocta decem dierum.* Uterque probe, in *coctis* tamen *cibariis*, ut puto, diſcrepantes. Erat eorum uſus in expedito itinere, cum feſtinato opus erat, non infrequens. Noſter Lib. XIX, 96, *καὶ τούτοις μὲν παρήγγειλε φέρειν ἄπυρα σιτία πλειόνων ἡμερῶν.* Plut. de Athen. Glor. p. 349 A. *οἱ μὲν στρατηγοὶ πολλάκις παραγγείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν.* At eadem fuiſſe ac *cocta*, non dixerim, tametſi non ſim ignarus decreti, quod Nepotis verbis appoſuit Ian. Gebhardus. Vocant Graeci *τροφὴν ἄπυρον*, quidquid, ut edatur, ignis opera non habet opus. Suidas in Ἄπυρα σῖτα bene, Ἄπυρος τροφὴ, ἡ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων. Quo victu ſeſe Sertorius oblectabat, *δίαιταν ἄπυρον* probans apud Plut. Sertor. p. 574 B. & M. Cato, *ἀρίστῳ ἀπύρῳ*, eodem auctore, contentus. Quin & Scipio, exercitus ad Numantiam corruptiorem diſciplinam corrigens, militibus iniunxit *ἀριστᾷν ὀρθοὺς ἄπυρον ὄψον, δειπνοῦντας δὲ προσφέρεσθαι καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθὸν*, in Polyaeni L. VIII, 16, 2. Qui quidem victus cum nihil praeferat inſoliti, mira mihi ſemper accidit M. Meibomii confidentia, Diogenem Laërtium nullo iure ſollicitantis. Scripſit ille, Pythagoreos parabili cibo fuiſſe uſos, *ἄπυρα προσφερομένους*, L. VIII, 13, & Zenonem *ἀπύρῳ τροφῇ χρώμενον* L. VII, 26. Homo meus *τροφὴν ἄπυρον* de cibariis non coctis neminem uſurpaſſe ait: non certe Hippocratem, nec quemquam artis Apollineae myſtam: legendum eſſe *ὄσπρια* priore loco, & poſteriore *ὀσπρίων τροφῇ*. Cogitaſſet producta exempla, ſaltem Suidam in conſilium miſiſſet, *ἄπυρον τροφὴν* ex Diogene citantem, & meritam temeritatis notam vitaſſet. Iam cum *ἄπυρα* omnia *frigida* ſint, & *ᾠὰ ἐκ πυρὸς ἄπυρα ova non cocta* apud Aretaeum Morb. Acut. L. I, 10, non iniuria conficias, *ἄπυρα σιτία* cibos eos indicare, quos

citra ignis operam ſumebant. Mecum ſentit H. Stephanus ad Plut. Sertor. p. 574, quem vide & Cl. Salmaſium ad Capitol. in Gordian. c. 21, nimium eo quidem loco, ut alias dicetur. WESS.

Pag. 279. *l.* 10. Ἔκαον πῦρ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ) Polyaenus de iiſdem L. IV, 6, 11: ὀλίγοι δ' αὐτῶν παγετώδους νυκτὸς γενομένης πῦρ ἀνέκαυσαν &c. WESS.

ead. l. 13. Δρομάδας καμήλους· διατείνει γὰρ &c.) Plut. Eum. p. 592 D. ἱππαστρίας καμήλους vocat, de quarum in curſu celeritate ſupra auctor Lib. II, 54, & copioſiſſime S. Bochartus Hierozoic. P. I, lib. II, 4. Ego vero celare hic ſuſpicionem non poſſum, quae Baſilii M. Homil. in Divit. legenti ſuborta fuit. Deſcribit praeſulum doctiſſimus luxum & opes ditiorum, interque alia p. 53 Tom. II, ἀγέλαι, inquit, καμήλων, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ νομάδων. Puto fuiſſe δρομάδων, quarum opportunior illic utique mentio erit. WESS.

Pag. 280. *l.* 6. Μένειν ἐπὶ τῶν ὅρων) Legebatur ἐπὶ τῶν ὀρῶν, quod L. Rhodomanus corrigi iuſſit: qui ſi Baſil. ἔκδοσιν inſpexiſſet, pro vero id potuiſſet putare. WESS.

Pag. 281. *l.* 1. Καὶ πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν πανταχόθεν εὐφυῆ) Solum hoc iuſtum & probum eſt. Quae addebantur, ex amanuenſium progenita ſunt nimia diligentia. Plut. Eum. p. 592 E. καὶ τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ τοῖς ὁδεύουσιν τὴν ἔρημον (Eumenes) περιβαλλόμενος, καὶ διαμετρήσας, ἐκέλευε πυρὰ πολλὰ καίειν ἐν διαστήμασιν, ὥσπερ οἱ στρατοπεδεύοντες. Adiunge etiam Nepotem Eum. c. 9. WESS.

Pag. 283. *l.* 6. Λογχοφόρους μὲν Μήδους) Male poſtremam vocem ſchedae quaedam omittunt. Vid. ſupr. c. 29, & Plut. Eum. p. 594 D. WESS.

ead. l. 10. Τῶν πολεμίων παρελεῖσθαι) Suſtuli hinc, &, quorſum oportebat, amandavi praepoſitionem κατὰ, importunam admodum & nulli hic quidem rei. Rectum quoque eſt παρελεῖσθαι, quo de H. Stephanus ad Lib. XVIII, 62. Utriuſque opinionis auctores habeo membranas Reg. 1. WESS.

ead. l. ult. Ἐν μέσῳ μὲν ἀπειληφότες τὰ σκευοφόρα) Non erat profecto, ut de his quidquam mutaretur. Uſitatiſſima res tali in agmine erat. Solo utar Polyaeno Lib. III, 10, 7: ἔταξε (Timotheus) τὸ στρατόπεδον εἰς ἑτερόμηκες πλινθίον, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τὴν ἵππον εἰς τὸ μέσον λαβών. De πλινθίῳ Aelianus Tactic. cap. 41. WESS.

Pag. 285. *l.* 1. Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν· τοὺς δ' ἐλέφ.) Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν (hic erado punctum) τοὺς ἐλέφαντας πληρώσας pro πληρώσαντες. Rhod. Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν τοὺς ἐλέφ. &c.) Nemo dubitare poteſt, quin ita ſcripſerit, ut conſtituta a Rhodomano verba ſunt, Diodorus. Cur ergo id recipere abnuerem? Παρέταξε non mutavi, etſi verius multo ſit προέταξε. Sic cap. 28, παρὰ δὲ τὴν ὅλην τοῦ κέρατος τάξιν ΠΡΟΕΤΑΞΕΝ ἐλέφαντας τεσσαράκοντα. Wess.

ead. l. 12. Συνῆν δ' αὐτοῖς καὶ Μιθριδάτης) Conſentit egregie Polybius, de huius Mithridatis nepote L. V, 43, ſcribens, ὁ δὲ Μιθριδάτης εὔχετο μὲν ἀπόγονος εἶναι τῶν ἑπτὰ Περσῶν ἑνὸς, τῶν ἐπανελομένων τὸν Μάγον. In Appiani Mithridat. p. 303 noſter ἀνὴρ eſt τοῦ βασιλείου γένους Περσικοῦ, additurque floruiſſe Antigoni familiaritate, veniſſe in manifeſtum vitae diſcrimen ex quodam ſomnio, quod Antigonus per quietem viderat, id tamen fuga vitaſſe, atque in Pontum delatum ſibi regnum ibidem firmaſſe. Ab iſtis Lucianus Macrob. cap. 13, ubi ex condito inſtauratove eo regno ΚΤΙΣΤΗΣ appellatur, nihil diſſentit. Quae omnia veterum teſtimoniis ſatis cum ſint munita, non debuerat Iac. Palmerius Exercit. p. 212 Mithridatem hunc Mithridatis facere filium, Ariobarzaniſque nepotem, nedum Plut. Demet. p. 890 C. verba Μιθριδάτης ὁ Ἀριοβαρζάνου παῖς mutare, ac ſcribere Μιθριδάτης ὁ Μιθριδάτου τοῦ Ἀριοβαρζάνου. Praeferunt quidem ſpeciem aliquam, quae de aetate Mithridatis Ariobarzanis filii obmoventur. Plutarchus aequalem perhibet Demetrio Antigoni, & νεανίσκον *adoleſcentem*. Atqui Mithridates Ariobarzanis, ſi conſiderentur, quae ad L. XVI, 90, adſcripta ſunt, contendanturque cum L. XX, 112, hoc tempore ſexagenario maior erat. Male proin νεανίσκος. Qui quidem Plutarchi diſſenſus virgula dignus erat, in ceteris movendum nihil. Quia vero Mithridates hoc proelio cum Eumene contra Antigonum ſterit, fuga ea in Pontum, de qua Appianus, Plutarchus & Lucianus, hac pugna prior cenſeri poteſt. Wess.

Pag. 286. *l. ult.* Προστάξας πλησίον παραγ. ἀναβοῆσαι) Edebatur ante προστάξας τῶν ἐναντίων πλησίον. Ego vero binas voces, quae medium occuparant ſpatium, imprudenter ex ſuperioribus repetitas, Codd. iuſſu exterminavi. Wess.

Pag. 287. *l.* 4. Ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαὶ) Verbum imperativi modi, quod cum ἐπὶ τοὺς πατέρας iungatur, aut librariorum incuria praetermiſit, credo, aut ſubau-

liendum auctor reliquit. Steph. Deeſt ὁρμαίνετε, aut, modo rectum ſit in Plutarcho, ἁμαρτάνετε. Proclamaſſe enim Argyraſpides ait in Eumen. pag. 593 D. ἐπὶ τοὺς πατέρας ἁμαρτάνετε, ὦ κακαὶ κεφαλαί. Sed forſan verbum ipſi reticuerunt, ut ſolent irati aut metu deiecti. Notum eſt Pompeii, cum profligato exercitu ad caſtra eius occupanda Caeſariani pergerent, οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὴν παρεμβολήν; *etiam in caſtra?* apud Plut. Pomp. p. 657 E. Certius eſt ſcribi poſt pauca ὄψεσθε oportere. Wess.

ead. l. 6. Οὓς μετ' ὀλίγον ὄψονται) Ὄψεσθε. Rhod.

ead. l. 12. Τοσαύτη περὶ αὐτοὺς ἦν εὐχειρία) Poſſet blandiri παρ' αὐτοῖς, niſi auctor vulgatum pro ſuo putaſſet. En tibi ex L. II, 46, διαβεβοημένης κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῆς περὶ αὐτὰς ἀρετῆς. Et infra cap. 54, μεγάλη — ἐμπειρία περὶ τούτους εἶναι δοκεῖ. Mitto τὴν περὶ τὸ αἷμα ῥύσιν Lib. XIV, 115, aliaque plura. De Argyraſpidum provecta aetate conſentientem videbis Plut. Eum. p. 593 D. Wess.

Pag. 288. *l.* 2. Δι' ὧν παρεστήσατο &c.) Exſpectaſſes δι' οὗ. Vulgatum ſi dedit auctor, in animo eius σύσσημα fuerunt. Παρεστήσατο invitis libris innovare nolo, nec ſatis tamen placet. Wess.

ead. l. 10. Μηδένα δύνασθαι συνορᾷν) Cultius hoc viſum eſt. Polyaenus eadem in re L. IV, 6, 13, αἴρεται νεφελώδης κόνις ἐπισκοτοῦσα καὶ φιλίοις καὶ πολεμίοις· ubi neceſſe non erat, ut φιλίους καὶ πολεμίους corrigeretur. Polybius L. IX, 31, ὃ κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἴσως πρώτοις ἐπισκοτήσει Μακεδόσι. Ariſtides T. II, p. 218, καὶ ὁ παροξυσμὸς ἐπεσκότησε τῇ πρὸς τὴν πόλιν δυσμενείᾳ· quod in τὴν — δυσμένειαν Sam. Iebb citra cauſam convertit. Sed ad rem. Pulverem, qui proſpectum hoc proelio turbavit, Plut. Eum. p. 593 E. ſilentio non preſſit. Wess.

ead. l. 13. Ἤλπιζε γὰρ — λήσεσθαι — ἀκονιτὶ κρατῆσαι) Si in membranis κρατήσειν reperiretur, non foret pro reiiculo: nec tale tamen vulgatum, cui vis ſit admovenda. Conf. L. XIV, 14 & 91. Wess.

Pag. 290. *l.* 2. Πολλοὶ παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον) Longe verius eſt παρ' ἀμφοτέροις, quod ſaepe in his libris amanuenſes mutatum iverunt. Wess.

Pag. 291. *l.* 8. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν πολεμίων προσλ.) Adſcripſerat Rhodomanus τὴν τῶν πολεμίον pro πολεμίων. Erat in Stephanica ἐκδόσει culpa exſcribentium τῶν πολεμίον. Id correxit. Paullo poſt ἠναγκάσθη εἶξαι rei ſeries poſtulabat.

Sermo enim eſt de Eumene. Mutavit auctor, ut ducem exercituſque meliorem partem tempori ceſſiſſe doceret. Ceterum ad quinque hoſtium millia ab Eumenianis, quod proxime dixit Diodorus, fuiſſe caeſa, agnoſcunt Iuſtinus L. XIV, 3, & Polyaenus L. IV, 6, 13. Wess.

Pag. 292. *l.* 3. Καὶ τῶν περὶ τὸν Πευκέστην κατηγόρουν &c.) Non iniuria quidem illi: pugnaverat enim Peuceſtes admodum ſegniter, ſive, ut Plutarchus ait, παντάπασιν ἐκλελυμένως καὶ ἀγεννῶς, in Eum. p. 593 D. Wess.

Pag. 293. *l.* 10. Καταθέμενος εἰς σειρὸν) Lege σορόν. Rhod. Haud abſurda Rhodomani coniectura eſt, illorum Codd. qui σωρὸν praeferunt, auctoritate paene munita. Habet & vulgata, quo ſe tueatur. Σειροὺς & σιροὺς vocant ὀρύγματα, ſive foſſas, ſervandis frugibus aptas. Scholiaſtes Demoſthen. Orat. de Cherſon. pag. 60: Σιρὸς ὁ λάκκος· τοὺς θησαύρους καὶ τὰ ὀρύγματα, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα, ΣΙΡΟΥΣ ἐκάλουν οἱ Θρᾶκες καὶ οἱ Λίβυες. Philo de Telor. Conſtruct. p. 86: τὰς δὲ κριθὰς δεῖ καὶ τοὺς πυροὺς ὡς βέλτιστα καθάραντας, καὶ ΣΕΙΡΟΥΣ ὡς βαθυτάτους ὑπαιθρίους ὀρύξαντας &c. Mitto Varronem, Columellam, & ceteros, quos teſtimonium reddere iuſſerunt Raderus & Freinshem. ad Curtii L. VII, 4, 24, praetereaque H. Valeſ. in Harpocrat. pag. 51. Tranſiit hinc vocabuli poteſtas ad alias ſpeluncas, etiam eas, quibus ruſtici lupis atque id genus feris inſidias moliebantur, uti apud Longum Paſtor. L. I, p. 13 & 15. Finge iam, Antigenem Antigoni imperio in foſſam fuiſſe deiectum, vivumque iniectis lignis uſtulatum, ecquid inſoliti erit? Simile exemplum ſi tibi poſtules, inſpice acta Martyrum Sincer. p. 418 Th. Ruinarti. Quae quidem vulgato ut patrocinantur, cedam tamen, ubi membranae edixerint. Wess.

ead. l. 11. Εὔδημον δὲ τὸν ἐξ Ἰνδῶν &c.) Semper alias Εὔδαμον appellat. Vid. ad huius libri cap. 14. Mox Κέβαλον legitimum videtur. Macedones enim pro Κεφάλῳ dicebant Κέβαλον, ſoliti Φ in B convertere, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες, quae Plutarchi verba Quaeſt. Graec. p. 292 D. Wess.

Pag. 294. *l.* 2. Περὶ Νῶρα τῆς Φρυγίας) De caſtelli ſitu confer L. XVIII, 41. Wess.

ead. l. 6. Ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα) In egregii viri morte deſcribenda diligentius & operoſius verſati ſunt Plut. Eum. pag. 594, & Corn. Nepos in eiuſdem vita c. 12. Wess.

ead. l. 12. Ὑπ᾽ Ἀντιγόνου ἐτύγχανε φιλανθρωπίας) Fece-

runt haec benevolentiae Antigoni in Hieronymum argumenta, ut eius in laudibus, alioqui aſpere Alexandri ſucceſſores traducere ſolitus, plurimus eſſet. Docet Pauſanias L. I, 9, p. 23. Wess.

Pag. 295. *l.* 2. Εἰς τὴν ἐπαρχίαν — Ῥάγας, ἣ ταύτην &c.) Eadem Duris Samius in Strabon. L. I, p. 103 C. Δοῦρις δὲ τὰς ΡΑΓΑΔΑΣ, τὰς κατὰ Μηδίαν, ὠνομάσθαι φησὶν ὑπὸ σεισμῶν ΡΑΓΕΙΣΗΣ τῆς περὶ τὰς Κασπίας πύλας γῆς, ὥστε ἀνατραπῆναι πόλεις συχνὰς, καὶ κώμας, καὶ ποταμοὺς ποικίλας μεταβολὰς δέξασθαι· ubi τὰς ΡΑΓΑΣ mavelim. Sic enim ceteri vocitant. Audi eundem Strabon. ex Poſidonio L. XI, p. 783 B. τοὔνομα δὲ ταῖς ΡΑΓΑΙΣ ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασὶν, ὑφ' ὧν πόλεις τε συχναὶ καὶ κῶμαι δισχίλιαι, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἀνετράπησαν. Atque haec ſpecioſe illi quidem: conveniebat opinioni ſoli eius ingenium & vocabulum ΡΑΓΑΣ, quod ſuo e ſermone repetebant. Ego vero vehementer fallor, aut regioni a vicina urbe id cognominis venit. *Rhaga* Mediae oppidum erat haud ignobile, eo titulo iam ante Alexandri expeditiones ex Arriano Ἀναβ. L. III, 20, inſigne, Ῥάγα τῆς Μηδίας in Tobiae Hiſtor. cap. IV, 1. Credemuſne, Medos Graecorum adeo ſtudioſos fuiſſe, ut eorum voce regionis ſuae urbem nuncupare voluerint? Apage ineptias. Habent Aſiae dialecti *ragàs, rangang*, aliaque verba, unde ſi conjecturis fidendum eſſet, urbis eius cognomen extundi poſſet facillime. Sed nolo in re ambigua operam perdere. Wess.

Pag. 296. *l.* 2. Μυαῖαι γὰρ ἔπιπτον) Opportunum hic eſt S. Ioannis illud Apocalypſ. c. XVI, 19: καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαῖα καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους. Wess.

ead. l. 5. Θεατροειδοῦς δ' οὔσης τῆς Ῥόδου) Iterum de Rhodo L. XX, 84, οὔσης δὲ τῆς πόλεως θεατροειδοῦς. Eandem theatri formam praeferebat urbs Hieroſolymitana, Ioſepho teſte Antiq. L. XV, 11, 5, quae tamen an ad elegantiam Rhodi proxime acceſſerit, merito dubites. Vide mihi Ariſtidem in Rhodiaca p. 342, & Strabonem Lib. XIV, p. 964. Wess.

ead. l. 9. Τῶν δ' ἐν τοῖς τείχεσιν ὀβελίσκων συμφρ.) Sunt hoc loco ex interpretis opinione ὀβελίσκοι fiſtulae, tubi, ſive *formae*, ſicuti Aquaeductuum ſcriptoribus nuncupari ſolent: quo quidem uſu vocabulum id reperire nuſquam memini, vereor etiam, ut quiſquam alius. Quid? nulla ne-

ceſſitas urget, ut a conſtanti vocis ſignificatione diſcedas. Fac, in cloacarum exitu, ubi moenia permeabant, deſtituta fuiſſa verua (ὀβελίσκους) brevi ſpatio, ut aquarum colluvies effluere poſſet, disiuncta, & planus erit Diodori locus. Namque in aquagiis & cloacis in hanc uſque diem cum idem obſervetur, opportunumque ſit ad inſidias vitandas atque hoſtem aditu intra urbem prohibendum, cur Rhodios rem utilem & commodam adeo inſuper habuiſſe cenſebimus? Sententia eſt, veruum cratem, in cloacis ſub ipſis moenibus defixam, limo & quiſquiliis ita fuiſſe obſtructam, ut aquae tranſitum negaret. Wess.

ead. l. 11. Πᾶς μὲν ὁ περὶ τὸ Δεῖγμα — τόπος) Athenis δεῖγμα forum erat, quod inibi τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων mercatores ſibi oſtenderent. Vid. Harpocrat. in Δεῖγμα, & ſcholia in Ariſtoph. Eq. v. 975. Meminit praeter alios Aelian. Epiſt. 18: καὶ περιβλέπει τὸ Δεῖγμα καὶ πολύς ἐστι, νὴ Δία, τόκους ἐπὶ τόκοις λογιζόμενος· ubi interpres, ut ſolet, aberrat turpiter. Rhodi Δεῖγμα itidem forum rerum promercalium fuiſſe videtur, multis ornatum ſtatuis. Ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι invenies in Polybii L. V, 88. Porro Bacchi templum, quod eadem in urbe erat, memorant multi apud Io. Meurſium Rhod. Lib. I, 11, qui quidem recte feciſſet, ſi Aeſculapii hoc fano ſua collectanea adauxiſſet. Wess.

Pag. 298. *l.* 11. Ὅπως — κοινολογησάμενος — ποιήσηται) Reddo auctori e vetuſtis membranis ſuam ſcripturam. Quod edebatur, conſilium Antigoni prorſus evertebat. Prae ſe enim ferebat, Peuceſtam in Perſide relictum iri, ſeſe vero ad mare quamprimum deſcenſurum. Confer Polyaen. Lib. IV, 6, 14. Wess.

Pag. 299. *l.* 1. Παρ' Ἀλεξάνδρῳ προαγωγῆς — τετευχότα) Supra c. 15, διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴν, de eodem Peuceſta, & de Ariſtonoo mox c. 51, διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγήν. Quod & hic praeſtabilius. Habent, quae affirmare hoc poſſunt, Solanus & Hemſterhuſius ad Luciani Halc. c. 2. Mox εὖ πεπολιτευμένον, ut c. 48, non abſurdum foret. Vide tamen L. XIII, 27 & 32. Wess.

ead. l. 8. Καὶ μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας) Adſcripſit not. Correct. Rhodomanus, *ὑπογραφόντων ſuſpectum eſt pro ὑποδεικνύντων aut ὑποφαινόντων.* Prudentius If. Caſaubonus inſtituit, uſum verbi ὑπογράφειν hoc Diodori loco ſtabiliens in Strabon. L. I, p. 67. Exemplis agemus, quae ſu-

ſpicionem omnem amolientur. Polybius L. V, 36, *ἠναγκάζοντο πάντας ἐκκαλεῖν — καὶ πᾶσιν* ΥΠΟΓΡΑΦΕΙΝ *ἐλπίδας*· & poſt pauca, *Ὑπογράφων αὐτῷ μεγάλας ἐλπίδας.* Tum L. X, 32, *καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ μεγάλας εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας* ΥΠΟΓΡΑΨΑΣ. Accedat citatum a Suida teſtimonium. *Ὑπογράφεται· δείκνυται. Οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα* &c. quae vide in Excerpt. Urſini, quod L. Kuſterum fugit, ex Diodoro Eclog. 10. Denique hoc Gregorii Nazianzeni Or. III, p. 93 C. *οὕτω κἀκείνῳ τὰ μὲν ἤδη παρῃνομεῖτο, τὰ δὲ* ΥΠΕΓΡΑΦΕΤΟ *ταῖς ἐλπίσι, καὶ ταῖς καθ' ἡμῶν ἀπειλαῖς.* Quibus omnibus in locis *ὑπογράφειν ἐλπίδας* idem eſt ac *ſpem oſtentare.* WESS.

ead. l. 15. *Ἔχοντα πεζοὺς — πεντακοσίους*) Non ſpernerem *καὶ ἱππεῖς πεντακοσίους* ex Reg. 2. ſi quid aliunde praeſidii accederet. Statim *ἀναλαβὼν* recipi poteſt, retineri etiam vulgatum: quod enim illud iteretur, id quidem inſolens non eſt. WESS.

Pag. 300. *l.* 6. *Καὶ μετεσχηκότες τῆς ἐπιβουλῆς*) Pro *ἐπιβολῆς.* RHOD.

Pag. 301. *l.* 5. *Ὑποστάντες ἀνῃρέθησαν*) Niſi intelligas *τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων ὑποστάντες*, aut *τὸν κίνδυνον ὑποστάντες*, ut alibi loquitur, ſcribendum erit *ἀποστάντες.* Sed vide c. 18. WESS.

ead. l. 12. *Καρμανίαν εἴασεν ἔχειν Τληπόλεμον*) Non aliter ſcripſit auctor. Conf. not. in c. 14 huius libri. WESS.

ead. l. 15. *Καὶ πολλοὺς ἔχοντας συναγωνιστὰς*) Hoc ſatis erat. Quae addebantur, ſchedarum auctoritate librariis remiſi. WESS.

Pag. 302. *l.* 7. *Καὶ Σιβύρτιον*) Vid. L. XIX, 14. WESS.

ead. l. 10. *Τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας*) Plut. extrema Eumenis vita, Antigonus *ὡς ἀσεβεῖς καὶ θηριώδεις τοὺς ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Ἰβυρτίῳ* (*Σιβυρτίῳ*) *τῷ διοικοῦντι τὴν Ἀραχωσίαν, πάντα τρόπον ἐκτρίψαι καὶ καταφθεῖραι κελεύσας.* Quibus non diſſimilia Polyaenus L. IV, 6, 15. WESS.

Pag. 303. *l.* 2. *Τοῖς δ' ὑπακούσασιν ἰδιώταις* &c.) Raro proditoribus ſcelera bene procedunt: contra iis etiam, quos anteponunt, inviſi ſunt, ut vere apud Tacitum Ann. I, 58, Segeſtes. Vide Ian. Gebhardum in Nepotis Eumen. cap. 13, qui hoc de genere plura. WESS.

Pag. 304. *l.* 3. *Τήν τε χρυσῆν ἀναδενδράδα*) Saepe Perſicis rebus ſcriptores vetuſti *χρυσᾶς πλατάνους καὶ χρυσῆν*

ἄμπελον inſerunt, docente Briſſonio de Perſ. Regn. L. I, 77. Mireris ergo, ad haec Io. Chryſoſtomi Hom. VII in Epiſt. ad Coloſſ. p. 377 B. *λέγεταί τις παρ' αὐτοῖς βασιλεὺς τοσοῦτον ἐνυβρίσαι τῇ τρυφῇ, ὥστε πλάτανον ποιῆσαι χρυσῆν καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ οὕτω καθίσαι*, nuper adſcripſiſſe virum doctiſſimum, *quis ſit ille rex, qui ſibi platanum fecit auream, ut ſub umbra eius ſederet, neſcio, nec uſpiam me legere memini.* Adeo ſaepe infida memoria eſt, depoſitumque abnegat. Tu vide Herodotum L. VII, 27. WESS.

Pag. 305. *l.* 7. *Χοίνικας πέντε τοῦ μηνὸς*) Vix ſatis illi homini ſano ad victum erant unam in hebdomadem, ſiquidem *χοίνιξ ἡμερήσιος τροφὴ*, docente Diogene Laërtio Lib. VIII, 18, cum nota Menagii. WESS.

ead. l. 9. *Καὶ τοὺς ἱππεῖς κατακόψαι*) Lege *ἵππους*. RHOD. *Καὶ τοὺς ἵππους κατακόψαι*) Nihil certius Rhodomani coniectura, cui ego, etſi libri omnes vetuiſſent, locum dediſſem. *Equitem* pro *equo* poſuiſſe Virgilium Georg. III, 116, & ante eum Ennium, notum ex A. Gellio eſt Noct. Attic. Lib. XVIII, 5; ſed *ὑποζύγια καὶ ἱππεῖς κατακόψαι πρὸς διατροφὴν*, *iumenta & equites ad victum concidere*, quis tandem? Franci, victricibus Hungarorum armis intra Pragae moenia compulſi, rem iſtam magno ſuo malo cum maxime experiuntur. WESS.

ead. l. 11. *Ἔτι προσανεχούσης ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσιν*) Sibi ſervent, quod librarii hic intruſerunt. In vulgato acquieſcendum eſt. Polybius L. V, 72, *οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, προσανέχοντες ταῖς ἐλπίσι τῆς βοηθείας.* Et Excerpt. p. 1405, *ἔτι μίαν ἐλπίδα καραδοκοῦντες — καὶ ταύτῃ προσανέχοντες.* Ioſephus de Bello Lib. IV, 2, 1, *καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐλπίσιν ἀεὶ προσανέχοντες.* Notat in bona ſpe eſſe, eaque niti. Mox *ἔξω τάξεως* auctoris eſt, qui & *τοὺς ἔξω τάξεως* c. 22 atque alias dixit. WESS.

Pag. 306. *l.* 5. *Καὶ τὴν δυσωδίαν ἀνυπομόνητον*) Poſtremam vocem auctor praefert. Vid. L. III, 29 & 34. WESS.

Pag. 307. *l.* 9. *Ἐπεχείρησε πεντήρη ναῦν κατασπᾶν*) Polyaenus *πεντηκοντήρη* a Polyſperchonte clam ſubmiſſam Olympiadi, ut eam conſcenderet, refert, ſed rem a Caſſandro fuiſſe cognitam, L. IV, 2, 3. WESS.

ead. l. 14. *Οἰομένου δὲ δεῖν τοῦ Κασσάνδρου τὰ καθ' αὐτὴν* &c.) Suſpecta non fuiſſe, quae edebantur, miror vehementer: conſiſtere certe invicem ſibi pugnantia, non queunt. Si enim ſe ſuaque omnia victori Olympias permiſit, non

utique corporis ſui ſalutem pacta eſt: tanto minus, cum ipſa aliter, ut vulgata ferebant, cenſeret. Sequamur potius ſcriptos libros, & vertamus, *cumque Caſſander arbitraretur, debere eam omnia ſua ſibi permittere, difficulter perſuaſit, ut* &c. Ἐπιτρέπειν τὰ περὶ αὑτῶν, ſive τὰ καθ' αὑτὸν, frequens ſcriptori noſtro eſt, neque diſſimile admodum Polybiano δοῦναι ἐπιτροπὴν περὶ αὑτῶν, de quo alias. WESS.

Pag. 308. *l.* 12. Φυγόντα — εἰς Βέδυν διαστρατοπεδ. ἐξεπολιόρκησε) Urbem *Bedyn* legere non memini. Βέδος — πόλις eſt in Heſychio, ſed literarum ſeries & Etymologus Βεῦδος, quod Phrygiae oppidum, requirunt. Parum etiam placet διαστρατοπεδεύσας, ſive διαπεριστρατοπεδεύσας. Cui enim bono illa compoſitio? Ab illis diſſeptam praepoſitionem διὰ ſi praecedenti vocabulo, ut oportere arbitror, adſtruxeris, naſcetur Βεδύνδια, prout Baſil. voluit. At aeque id obſcurum. Quis enim ΒΕΔΥΝΔΙΑ ſive ΒΕΔΥΝΑΙΑ, unde alterum id progigni potuit, memoravit? Erat cum de *Bendidio*, quo de Livius XXXVIII, 41, cogitarem, quod etſi a Biſaltis longius fuerit disiunctum, conſtat Thracibus, e quo genere & Biſaltae, Dianam Βένδιν fuiſſe dictam, ſua;ue ſibi *Bendida* per vaſtum regionis eius tractum habuiſſe. Verum nihil decernere tutius eſt. WESS.

ead. l. 15. Τὸν Εὐμένη ζῶντα ἡγούμενος) Retineri hoc poteſt. Dubites tamen, haec gloſſa ſit, an eorum librorum, in quibus τὸν Εὐμένους θάνατον οὐ πυθόμενος, ſive ἀγνοῶν, id namque Reg. 2. voluiſſe videtur. Verum res eodem redit. WESS.

Pag. 309. *l.* 7. Διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴν) Vide not. in cap. 35 huius libri. WESS.

Pag. 310. *l.* 15. Οὗτοι μὲν οὖν παρεισπεσόντες &c.) Libet addere Iuſtini verba L. XIV, 6, haec mire affirmantia: *ſed Olympias ubi obſtinatos venire ad ſe armatos vidit, veſte regali, duabus ancillis innixa, ultro obviam procedit. Qua viſa, percuſſores attoniti fortuna maieſtatis prioris, & tot in ea memoriae occurrentibus regum ſuorum nominibus, ſubſtiterunt; donec a Caſſandro miſſi ſunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium nec vulnera, aut muliebriter vociferantem.* Sic ille. Pauſaniae L. IX, 7, diſſenſum viri docti dudum notarunt. WESS.

Pag. 311. *l.* 6. Ἀδελφὴ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ στρατεύσαντος &c.) Si per membranas ſteriſſet, ſervari potuerant exterminatae voces. Regnum enim Epiri a Philippo adiutus capeſſivit Epirenſis Alexander, ſicuti ſcriptum eſt Lib. XVI,

73. De expeditione eius in Italiam & infelici eventu Livius L. VIII, 24. Porro πλεῖστα καὶ μέγιστα in Alexandri magni geſtis rebus optimum fuiſſet, niſi aliud eaedem ſchedae dediſſent. WESS.

ead. l. ult. Ἀλεξάνδρου δὲ ἀδελφὴν ὁμοπάτριον) Iuſtinum, qui patrem Theſſalonicae dedit *Aridaeum* L. XIV, 6, errare notiſſimum eſt. Philippus conſueverat cum Niceſipoli Pheraea, e qua filiam tulit Theſſalonicen. Vid. Athenaeum L. XIII, p. 557 C. & Pauſan. L. IX, 7. WESS.

Pag. 312. *l.* 2. Ἐπὶ τῆς Πελλήνης) Lege citra haeſitationem Παλλήνης. Haec enim Thraciae urbs eſt, cum Pellene ſit urbs Achaiae. Conſule Stephanum. RHOD. Ἐπὶ τῆς Παλλήνης) Non aliter ſcribendum hoc loco cenſuerunt Iſ. Caſaubonus in Strab. L. VII, p. 510, & Dukerus ad Thucydid. Lib. IV, 120. Eſtque res certiſſima ex Strabonis loco, Pauſan. Lib. V, 23, & Livio L. XLIV, 11. Adde Philargyrium in Virgilii Georg. L. IV, 391, ibique pro *Corone* lege *Toronen* ob Apollodor. Lib. II, 5, pag. 113, & Stephan. in Τορώνη. WESS.

Pag. 313. *l.* 9. Ἔτι δὲ Κύνναν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς) Ex Diyllo Athenienſi haec ſumta videntur, qui apud Athenaeum L. IV, 14, p. 155, Κάσσανδρος ἐκ Βοιωτίας ἐπανιὼν καὶ θάψας τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν (Eurydicen & Philippum) ἐν Αἰγαῖς καὶ μετ' αὐτῶν τὴν Κύνναν τὴν Εὐρυδίκης μητέρα, καὶ τοῖς ἄλλοις τιμήσας οἷς προσήκει, καὶ μονομαχίας ἀγῶνα ἔθηκε. Periit Cynna, ingentis animi mulier, Philippi & Audatae Illyriae filia, mox a fratris Alexandri morte ſummo Alcetae ſcelere, ut praeter Diodorum teſtantur Polyaenus Lib. VIII, 60, & Arrianus in Biblioth. Photii p. 220. Plura, quae vitam eius illuminant, viri doctiſſimi ad Aelianum Var. Hiſt. Lib. XIII, 36, non praeterito interpretis, qui hic verterat *Cinnam, quem Alcetas ſuſtulerat*, peccato. WESS.

ead. l. 14. Πολιορκούμενος ἐν Ναξίῳ τῆς Περραιβίας) Nullam equidem Naxio, Perrhaebiae oppido, quod meminerim, alibi non lecto, controverſiam moviſſem, niſi ſi Reg. 1. viam ad verum monſtraſſet. Refinge eius ἐν Ἀξιώρῳ in ἐν Ἀζώρῳ, & urbem habebis, quam Strabo Ἄζωρον τῆς Τριπολίτιδος vocat L. VII, p. 504. Diſtinctius Livius L. XLII, 53: *Deinde ſaltu anguſto ſuperatis montibus -- deſcendit ad* (*Tripolim vocant*) *AZORUM, Pythium & Dolichen incolentes.* Tum L. XLIV, 11: *In Perrhaebiam inde ducit, & inter AZORUM*

& Dolichen ſtativa habuit. Atque hoc ego tantiſper legitimum putabo, donec *Naxio* bonae fidei patronus aliunde ſuboriatur. Wess.

Pag. 315. *l.* 9. *Ὃν τινες μὲν Σπαρτὸν προσηγόρευσαν*) Vide Schol. in Euripid. Phoeniſſ. v. 802, & Tzetzen ad Lycoph. v. 1204. Wess.

ead. l. 13. *Ἐγχελεῖς καταπολεμήσαντες*) Abit Diodorus, ut pulchre animadvertit Iſ. Caſaubonus ad L. I, p. 78, Strabonis, a ceteris ſcriptoribus, qui Cadmum cum Harmonia ad Encheleas in Illyridem ultro abiiſſe, eorumque ducem ex oraculo conſtitutum produnt. Sic Apollodor. L. III, 5, 4, & Pauſanias L. IX, 5. Wess.

Pag. 316. *l.* 5. *Καὶ καταφρονήσαντος τῶν πραγμάτων*) Haud ſcio, an *προσταξάντων*, ut Thebis imperantes Polydorus contemſerit, olim fuerit. Id quidem certe conſtat, etiam hic Diodoro cum ceteris male convenire. Ferunt illi, Polydorum regnum reliquiſſe filio Labdaco, hunc Laio, quem Zethus & Amphion eius poſſeſſione deiecerint: Amphione vero fatis functo, illud ipſum tandem recuperaſſe Laium. Confer Apollodorum & Pauſaniam dictis locis. Scio, quae de Zetho & Amphione commentatus ſit Euſtathius in Homer. p. 933 & 1682. Sed neque ea congruunt. Wess.

ead. l. 9. *Ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Μελανίππης* &c.) Vid. ad L. IV, 67, ubi de Boeoti genere paullo aliter. Wess.

ead. l. 13. *Εἰς Ἀλαλκομενίαν καὶ τὸ Τιλφώσιον ὄρος*) Strabo L. IX, p. 634 B. *ὥστε καὶ Θηβαῖοι κατὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων στρατείαν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, ἐκεῖσε* (Alalcomeniam) *λέγονται καταφεύγειν, καὶ εἰς τὸ ὑπερκείμενον ὄρος ἐρυμνὸν τὸ Τιλφώσιον.* Ceterum montem *Τιλφωσσαῖον* auctor vocat L. IV, c. 66, ubi adſcripta vide. Wess.

ead. l. ult. *Οἱ καταλειφθέντες ἐξέπεσον — ὑπὸ Πελασγῶν*) Iterum Strabo L. IX, p. 616: *ὡς δ' αὔτως ὑπὸ Θρακῶν καὶ Πελασγῶν ἐκπεσόντες* (Thebani) *ἐν Θετταλίᾳ συνεστήσαντο τὴν ἀρχὴν, μετὰ Ἀρναίων ἐπὶ πολὺν χρόνον.* Tum p. 630: *κατελάβοντο δ' αὐτὴν* (Coroneam) *ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ*, Noſtro probe conſentiens. Thucydides quidem, quod Caſaubonus monere haud neglexit, exſilii moram multo breviorem illis tribuit, anno LX poſt Troiae *ἅλωσιν* Boeotos rediiſſe affirmans L. I, 12. At Noſtrum idem Strabo adiuvat, dum eos patrium in ſolum poſtliminio immigraſſe ſub tempus coloniae Aeolicae, *ὃν ἔστελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Ὀρέστου παῖδες* ibid.

p. 616 A. prodidit: namque Aeolica migratio centum circiter & triginta annis, quod intervallum quatuor generationes aequare poteſt, bello Troiano fuit poſterior, Herodoto Vit. Homeri cap. ult. teſte. WESS.

Pag. 317. *l.* 3. Κατὰ τὸν γεν. ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμὸν) De corvis vide, quae annotat Eraſmus in proverbio *Ad corvos*. RHOD. Boeotis Arnen Theſſalicam incolentibus oraculum cecinerat, ἐκπεσεῖσθαι λευκῶν κοράκων φανέντων, ſive fore, ut conſpectis corvis albis inde exciderent. Id puerili quodam luſu factum cum eſſet, relicta Arne in Boeotiam redierunt. Sic Zenobius Cent. III, 87, quem Schol. Ariſtoph. Nub. v. 133 exſcripſit, Zenodotum vocans. Affert alia idem Scholiaſtes, quae vide, & loco παρὰ τὸν Παγαιατικὸν κόλπον lege τὸν Παγασητικὸν, de quo Scylax & Geographorum alii. WESS.

ead. l. 11. Εἰκοστῷ δ' ἔτει ὕστερον — ἀνέστησε τὴν πόλιν) Ratio conſtat. Urbem, quam Alexander anno ſecundo Olymp. CXI everterat, Caſſander ſub initium Olymp. CXVI inſtauravit. Recte ergo vir magnus Athenaeum notavit Animadverſ. L. I, 16. WESS.

ead. l. 16. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ τὸ πολὺ &c. ἀνέστησαν) Pauſaniam, e quo haec lucem accipiunt, inſpice L. IX, 7. WESS.

Pag. 318. *l.* 13. Καὶ τὴν Ἑρμιονίδα — παρέλαβε) Urbem Argolidis credo vicinamque intelligit regionem, quam τὴν Ἑρμιονίδα Thucydides L. II, 56, & Pauſan. L. II, 34, p. 192, appellant. Alioqui urbs *Hermione* aut *Hermion* dici ſolet. Eſt in Orphei Argonaut. v. 1134 χθαμαλή τε καὶ εὔβοτος Ἑρμιονία, cui cum Hermione, quae de deſcenſu ad inferos praedicantur, ſunt communia, ea tamen alia eſt. Interpres longe illic a vero aberravit. WESS.

ead. l. 15. Ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν Γερανίας) Credo legendum ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰσθμὸν Γερανίας. Nullibi enim legitur Ἰσθμὸς Γερανίας. PALM. Aut id iuſtum eſt, quod vir eruditiſſimus addendum cenſuit, aut περὶ Γερανίας. Vid. Pauſan. Lib. I, 40, qui Γερανίαν hunc montem itidem vocat. Porro μὴ συγκαταβαίνοντος, vel συγκαταβάντος, quod Leid. in ſuo libro invenit, videtur praeſtare. Iuſtior certe cauſa erat eorum militum ad Iſthmum relinquendorum, quod Alexander ſui copiam non faceret: qui ſi ad certamen deſcendiſſet, pares illi ob exiguum numerum haud fuiſſent. WESS.

Pag. 319. *l.* 3. Ναύτιος Σπόριος &c.) Nomina conſulum ſic in ordinem ex Faſtis redige atque emenda, Σπόριος Ναύ-

τιος καὶ Μάρκος Ποπίλιος. Et paullo ante pro Γεραρίας lege Γερανείας, qui mons eſt inter Megara & Corinthum. RHOD.

Σπόριος Ναύτιος καὶ Μάρκος Ποπίλλιος) Inſtauravi *Popillii* nomen, ſaepe librariorum ſocordia defectum. Cetera ſcriptis debentur libris. Vid. Livium L. IX, 21. Porro κατέστησαν ex κατεστάθησαν natum videtur: ceteroqui ὑπάτους Σπόριον Ναύτιον &c. verius foret. WESS.

ead. l. 12. Τοῦ δ' Ἀντιγόνου λόγους ἀπαιτοῦντος &c.) Seleucus praefectum quendam, Antigono ignaro, multaverat. Haec irarum principia. Ὑβρίσαντος δέ τινα τῶν ἡγεμόνων τοῦ Σελεύκου, καὶ οὐ κοινώσαντος Ἀντιγόνῳ παρόντι, χαλεπήνας ὁ Ἀντίγονος ᾔτει λογισμοὺς κτημάτων τε καὶ χρημάτων, Appianus Syr. p. 195 ait. WESS.

Pag. 320. *l.* 10. Εὐμενὲς καὶ φιλάνθρωπον) Noli quidquam mutare. Conf. L. XVII, 103, & Suidam in Δημήτριος. WESS.

ead. l. ult. Προσελθόντων αὐτῷ τῶν Χαλδαίων) De horum diſciplina diligentiſſime egit L. II, 30 &c. WESS.

Pag. 321. *l.* 13. Δοκοῦσι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ &c.) Nota res eſt ex L. XVII, 112. WESS.

Pag. 322. *l.* 12. Ἀρετῆς ὑπομεμενηκέναι πρόστιμον) Scaliger libro ſuo alleverat ἀρετῆς θάνατον ὑπομεμ. quo auctario haud ſcio an Diodorus ſe iactare poſſit. WESS.

Pag. 323. *l.* 11. Καταστήσας σατράπην Πύθωνα) Pythonem, Agenoris filium, cui Indiae loca, Paropamiſadis contermina, fuerant contributa Lib. XVIII, 39, & infra cap. 69. WESS.

ead. l. 13. Ὡς δ' εἰς Μάλλον παρεγένετο) Nemo dubitat, quin auctor ita ſcripſerit. Vid. huius libri cap. 79, & not. in Hieroclis Synecdem. p. 704. WESS.

ead. l. 15. Παρέλαβε δὲ καὶ τὰ ἐν Κυΐνδοις χρήματα) De caſtello hoc & veriore eius ſcriptura ad L. XVIII, 62. Innuit autem Strabo L. XIV, p. 989, Eumenem inde gazam abſtuliſſe, quod, ſi ſtrictiſſime, & de univerſa quidem, accipiatur, vero parum conveniet. Mox ut συνάγεσθαι bene procedat, ſubintellige ex ſequentibus συνέβαινε. WESS.

Pag. 324. *l.* 8. Ἠξίουν Καππαδοκίαν &c.) Non diſſentit Appianus Syr. p. 195: καὶ ὁμοῦ πρεσβεύσαντες (Ptolemaeus, Lyſimachus, Caſſander & Seleucus) τὸν Ἀντίγονον ἠξίουν τὴν ἐπίκτητον αὐτῷ γεγομένην γῆν τε καὶ χρήματα πρός τε σφᾶς νείμασθαι καὶ πρὸς ἑτέρους Μακεδόνας, οἳ τῶν σατραπειῶν ἐκπεπτώκεσαν· nedum Iuſtinus L. XV, 1. WESS.

Pag. 325. *l.* 12. Πτολεμαῖον δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν — ἀπέ-

στειλεν) Conſtitutus a patruo praefectus Helleſponti Ptolemaeus non multo poſt Dionyſii, Heracleae Ponticae tyranni, filiam ſibi matrimonio iunxit, Memnone in Photii Biblioth. p. 710 referente. De Amiſo, quam librarii Ἀμινσὸν & Ἀμισσὸν ſaepe ſcribunt, Athenienſium colonia, eiuſque fatis conferendus praeter Strabon. XII, pag. 823, Appianus eſt Mithrid. p. 380. Wess.

Pag. 326. *l.* 1. Ἀριστόδημον δὲ τὸν Μιλήσιον &c.) Erat ex Antigoni intimis Ariſtodemus, ſed adulandi artibus infamis, Plut. Demet. pag. 892 & 896. Wess.

ead. l. 5. Αὐτὸς — τὴν Ἀσίαν — διέλαβε πυρσοῖς) Perſarum inſtitutum erat, in ſpeculis tota Aſia collocare, qui ſublatis in altum facibus alter alteri, ſecundus tertio, atque ita κατὰ διαδοχὴν oſtenderent, quid factum eſſet. Quem morem auctor de Mundo, neque enim Ariſtoteles eſt, cap. 5, p. 195 ed. Vulcan. ita deſcribit: Τὴν δὲ σύμπασαν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας — διειλήφεσαν — ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες. τοσοῦτος δ' ἦν ὁ κόσμος καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν, κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἀλλήλοις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα. Clarius adhuc Aeſchylus Agamem. v. 290:

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν ———

Reliqua non addo, quippe longiora. Vide ibi Stanleium & ad Perſ. v. 247, & praeter ceteros Balth. Stolbergium Diſſert. de Angariis c. 3. Wess.

ead. l. 12. Στρατοπεδεύσας δὲ ἐν Τύρῳ) *Ad Tyrum* interpres. Sic Artemidorus Oneirocr. Lib. IV, 26, de Ariſtandro, ἔτυχεν ἐν Τύρῳ τε ὢν καὶ πολεμοῦντι Τυρίους τῷ βασιλεῖ συνὼν, *erat ad Tyrum & regi Tyrios oppugnanti praeſens.* Forte hic Palaetyrus intelligitur, de qua cap. ſeq. Wess.

Pag. 327. *l.* 3. Πυρῶν μὲν μεδίμνων μυριάδας &c.) Nolo hoc proſcribere, neque tamen abſurdum μεδίμνους erit, quod Leid. ſuis in ſchedis reperit, modo per appoſitionem quandam dictum cenſeatur. Lyſias Or. XXXI, 7, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. S. Auctor Ep. ad Hebr. cap. XII, 22, ἀλλὰ προσεληλύθατε — καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. Optime enim ita connectuntur iſta, ut eos *ad myriadas angelorum conventum* acceſſiſſe innuatur. Namque ex Origene quod affertur καὶ μυριάδων ἀγγέλων πανηγύρει,

id Spencero debetur. Manu exarati Codices a vulgata ſcriptura non abeunt. Vide ipſum Origen. L. VII Cont. Celſum p. 714, & L. IV περὶ Ἀρχ. p. 183 ed. Pariſ. Wess.

ead. l. 10. Πλῆρες δ' ἐστὶ ξύλων κεδρίνων καὶ πευκῶν &c.) Celeberrimus virtute & doctrina S. Bochartus citat legitque καὶ πευκίνων Phal. L. I, 4; quod in contextum, quem vocant, recepiſſem, ſi libri ſcripti fuiſſent auctores: ut enim plane interpretis & Codd. quorundam exemplo praetereatur, cauſa non erat. Libanus cedris, piceis cupreſſiſque laetiſſime veſtitus erat. Cyrillus Comment. in Eſai. L. V, Tom. IV, p. 848, ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης ὁ Λίβανος, κέδροις τε καὶ κυπαρίσσοις καὶ ΠΕΥΚΗ κατάκομον· unde ξύλα κέδρινα καὶ πεύκινα Salomonis uſui ex Libano caeduntur 1 Reg. V, 8. Adde H. Relandum, virum diligentiſſimum, ſed Diodori oblitum, Palaeſtin. L. I, 48. Wess.

Pag. 328. *l. ult.* Ὅτι Νικοκρέων μὲν καὶ τῶν ἄλλων &c.) Idem Nicocreon eſt, atque is, de cuius ſuperbo & crudeli ingenio Diogenes Laërt. L. II, 129, & IX, 59. Wess.

Pag. 329. *l.* 2. Καὶ Λαπίθιος ἔτι δὲ Μάριος καὶ Κερυνίτης) Legendum eſt Λαπήθιος, ab urbe Λαπήθῳ, cui praeerat. Λάπηθον enim plerique omnes vocant, etiam Ptolemaeus Lib. V, 14, modo ſequamur ſchedas Coislinianas. Porro rectum eſt Μαριεὺς, quod ſaepe in his Diodori libris amanuenſes depravarunt. Cypri oppidum erat Μάριον, inde Μαριεὺς apud Stephanum. Hanc utramque mendam Iac. Gronovius ad Peripl. Scylacis p. 98 ſuſtulit. Reſtat Κερυνίτης, cuius urbem Diodorus modo Κερυννίαν, modo Κερανίαν, librariorum tamen peccato, appellat. Verum eſt Κερυνία, ſive Κερύνεια, ut apud Scylacem. Scio, virum magnum in Strabon. L. XIV, p. 1001, Κερωνίαν praeoptaſſe ex Ptolemaeo. Sed eius non conſtat ſcriptura. In vetere interprete & Mſ. Coislin. Κεραυνία, quod a Κερυνίᾳ diſtat parum; neque multum deflectit, prout noſtra aetate nuncupari aſſolet, *Cerines*. Confer not. in Hieroclis Synecdem. p. 707. Wess.

ead. l. 6. Εἰς τήν τ' Ἰόππην &c.) Εἰς *redundare videtur*, ſcribit in not. Correct. doctiſſimus Rhodomanus, a quo diſſentire hoc quidem loco nolo. Poſſet ſalvum tamen eſſe, modo pronomen ante ἀπειθούσας collocaretur. Wess.

ead. l. 11. Εἰς τὴν πρὸς Παλαιτύρῳ στρατοπεδείαν) Belliſſime mihi reſtitutus in integrum hic locus videtur. Caſtra Antigonus ἐν τῇ Τύρῳ fuerat metatus, ut Tyrum, in inſula poſitam, oppugnaret, uti ſuper. cap. vidimus. In continente

contra eam Tyrum erat Παλαίτυρος, ſive παλαιὰ Τύρος, ſicuti L. XVII, 40, dicitur. Strabo L. XVI, pag. 1099, μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις. Curtius L. IV, 2, 4: *eſſe templum Herculis extra urbem* (Tyrum) *in eam ſedem, quam* PALAETYRON *ipſi vocant.* Iuſta ergo ἡ πρὸς ΠΑΛΑΙΤΥΡΩι στρατοπεδεία. Ceterum de certamine ſuper Palaetyro virorum multo doctiſſimorum Iac. Perizonii Orig. Babyl. c. 6, & H. Relandi Palaeſt. L. III, p. 1070, aliud monebo nihil, niſi adeundum Camp. eſſe Vitringam ad Eſai. c. XXIII, p. 665, eumque rem ita, me quidem iudice, expediviſſe, ut dubium ſupereſſe nullum videatur. WESS.

ead. l. 13. Ὁ πιστευθεὶς ὑπ' Εὐμένους τῶν ὀστῶν τῶν Κρατεροῦ) Putes, ad pleniorem verborum ſtructuram τὴν ἐπιμέλειαν, aut ταφὴν τῶν ὀστῶν, requiri. Plerumque enim ita loqui aſſueverunt. Supra L. XVII, 80, Parmenion πεπιστευμένος τοὺς βασιλέως θησαυρούς. Et L. XX, 19, Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς Ἀντιγόνου δυνάμεις πεπιστευμένος. S. Paullus Epiſt. ad Rom. cap. III, 2, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λογία τοῦ θεοῦ. At ſecus res habet hoc loco. Plenum erit ὁ πιστευθεὶς περὶ τῶν ὀστῶν, quam praepoſitionem modo addit, modo negligit Diodorus. Exemplo ſint, οὗτος δὲ πιστευθεὶς περὶ τῶν ὅλων Lib. XIV, 12. Et ibid. c. 66, παρὰ δὲ τοῖς πολίταις πιστευθεὶς ἅπαξ στρατηγίας. Tum huius libri cap. 87, ἐπειδὴ Πτολεμαῖον ἑώρα — καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πραγμάτων πιστευόμενον ἁπάντων. WESS.

Pag. 330. *l.* 11. Καὶ τὰ πράγματα λαμβάνοντα &c.) Praeſtantiſſimae feminae infelicem exitum, de quo Plut. Demetr. p. 911 B. innuere videtur. Mater fuit Antigoni Gonatae, ut ex eiuſdem Plut. p. 906 E. conſtat. Male ergo nunc in Stephano Φίλα, πόλις Μακεδονίας, κτίσμα Δημητρίου τοῦ Ἀντιγόνου παιδὸς, τοῦ Γονατᾶ καλουμένου, ὃς ἀπὸ μητρὸς Φίλας ἐπὶ τοῦ Πηνείου ἔκτισε πόλιν Φίλαν, editur. Scripſerat ipſe, debuerat certe, κτίσμα Ἀντιγόνου τοῦ Δημητρίου παιδός. Atque hoc quidem diu eſt, cum corrigerem: quia tamen id ipſum ad Plut. Demetrium p. 7 ed. Londin. animadvertit M. Solanus, eidem in ſolidum contribuo. WESS.

Pag. 331. *l.* 10. Τοῦ Κασσάνδρου στρατηγοῦ) Fortaſſe Ἀσάνδρου. Vide mox c. 62. WESS.

ead. l. 13. Καὶ Ζιβύτην τὸν βασιλέα — καταλαβὼν) Hic Bithyniae rex ſeu dynaſta Plutarcho in Quaeſtionibus Graecis (T. II, pag. 302,) dicitur Ζεποίτης, Pauſaniae Ζυποίτης in Eliacis (L. V, 12.) At Memnoni (cap. 21, pag. 721 Bi-

blioth. Photii) Ζιποίτης, cui magis credo: fuit enim Heracleota, Bithyniae vicinus. Haec dubia parit iotaciſmus inferioris Helleniſmi. Inde errorum ampliſſima meſſis. PALM.

Καὶ Ζιβοίτην &c.) Hoc praetuli, quippe verius. Ζιποίτιον, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως, Stephanus inquit, & Tzetzes Chil. III, 950:

> Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης
> Ὁ κτίσας Νικομήδειαν. ———

Livius habet *Ziboetam*, huius fortaſſe filium, L. XXXVIII, 16, cum Gronovii nota. Fuit Ziboetes Aſtacenis & Chalcedoniis, ſicuti Plut. T. II, p. 402, clariſſime docet, gravis adverſarius. Aſtaceni ab eiuſdem filio Nicomede videntur tandem oppreſſi, certe Aſtacus, condita prope eam Nicomedia, paullatim incolis vacuefacta eſt. Iam quod Tzetzes, & ante eum Memnon, Nicomediae conditorem perhibent Nicomedem Ziboetae filium, ea in re conſentientem non habent Stephanum, qui Νικομήδεια, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδὸς, ſi tamen ita ſcripſerit. Alibi idem, ἔστι καὶ Ζήϊλα — πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζήϊλας. Et melius. Nam Zeilas, Nicomedis filius, & in regno ſucceſſor eſt apud Memnon. c. 23. Unde priore loco τοῦ Ζήϊλα πατρὸς praeſtaret utique. Verum illud nunc non agimus. WESS.

Pag. 332. *l.* 4. Ὡς δέ ποθ' — Σέλευκος ἔτυχε μὲν πολιορκῶν Ἐρυθρὰς) Mutavi diſtinctionem auctoritate Reg. 1. Seleucus obſidebat Erythras, cuius urbis obſidionem, Ptolemaeo adveniente, ſolvit, aliorſum claſſe properans. *Erythrae* in Ionia erant, loco aſpero poſitae, Herodoto Vit. Homer. c. 18 indice. Oppidi incolas Ἐρυθραίους multi memorant, etiam Plutarchus Quaeſt. Graec. pag. 298 B. quos nollem a viro conſultiſſimo Hiſt. Foed. Part. I, pag. 139, loco motos. WESS.

ead. l. ult. Ἔτι δὲ ὡς Ὀλυνθίους — κατῴκισεν εἰς τὴν ὁμώνυμον ἑαυτῷ &c.) Caſſandream Antigonus innuit, in quam praeter alios Olynthii commigrarunt. Confer huius libri c. 52, & me nihil iniuria innovaſſe agnoſces. WESS.

Pag. 333. *l.* 10. Ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, αὐτονόμους &c.) *Liberos, immunes, ſuis legibus eſſe Graecos*, ut Livius loquitur L. XXVIII, 32; ſive αὐτονόμους καὶ ἀφορολογήτους, quomodo Lib. XVII, 24, Noſter. Adi Ezech. Spanhemii Orb. Rom. Exercit. II, 9. WESS.

Pag. 335. *l.* 8. Τὸν τῆς Καρίας σατράπην Κάσσανδρον) Scri-

be Ἄσανδρον, & mox iterum βοηθήσοντας τοῖς περὶ τὸν Ἄσανδρον. *Aſander* enim Cariae fuit ſatrapes, uti ad Lib. XVIII, 39, evicimus. Quin equidem haud ſcio, an & huius libri c. 57 & 60, in rebus Amiſi, a Caſſandro & Caſſandri duce Aſclepiodoro obſeſſae, idem *Aſander* intelligi debeat. Caſſander quidem certe in Macedonia rerum ſuarum ſatagebat, neque in Cappadociam exercitum traducere poterat commode, quod in facili erat *Aſandro*, Cariae praefecto. Vitium, quo ducis nomen adſperſum hic eſt, recurret in ſequentibus haud ſemel. WESS.

ead. l. 15. Τῶν δὲ πάντων στρατηγὸν Μενέλαον τὸν ἀδελφὸν) Vide L. XX, 48. WESS.

Pag. 336. *l.* 12. Κερυννίαν μὲν καὶ Λάπιθον ἐξεπολιόρκησαν) Diodorus Κερυνίαν καὶ Λάπηθον dederat, & mox τὸν βασιλέα τῶν Μαριέων. Reſpice not. in cap. 59 & 79. WESS.

Pag. 337. *l.* 4. Καὶ Ῥόδου) Expungendas has eſſe voces, in Addend. admonet Rhodomanus, cui refragari quidem nolim, quamquam cauſa, quae adiungitur, parum eſt praegnans. Seorſum ait de Rhodiis memorari: quod veriſſimum, ſed de Helleſponto itidem memoratur ſeorſum. In membranis paullo plus praeſidii. Tolle ergo, ſi lubet. Porro *Themiſonis*, Cypriorum regis, cui Ariſtoteles τὸν προτρεπτικὸν ſcripſerit, meminit Teles in Stobaei Serm. XCIV, pag. 516, quem eundem eſſe, non temere dixero. WESS.

ead. l. 7. Σὺν ταῖς ἐν Τύρῳ καταλειφθείσαις) Nihil hoc ad rem. Lege καταληφθείσαις, & eas intellige, quas capto Tyro ſuam in poteſtatem redegit. WESS.

ead. l. 11. Ἄφρακτοι δὲ τριάκοντα) Interpres *CXXX apertae*, quaſi ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ſcribendum cenſuiſſet: quo quidem modo proxime acceditur ad navium numerum, quem finivit antea Diodorus, ſit tamen iuſto is auctior. Ut fatear ingenue, deſiderari puto *triremium* numerum: nam nullas prorſus in tanta claſſe fuiſſe, cui tandem credibile fiet? WESS.

Pag. 339. *l.* 3. Οὐχ ὑπακουόντων δ᾽ αὐτῶν) Sequi debuerat οὐχ ὑπακούοντος δ᾽ αὐτοῦ· quod & neceſſarium erit, niſi Polyſperchontem & eius filium Alexandrum animo ſcribentis obverſatos autumes. WESS.

ead. l. ult. Ἅπαντας ἀνεῖλον παρὰ τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα) Vide Lib. XIII, 23. Humaniſſimus Graecorum mos erat, & Deorum, ut ferebant, reſponſis conſtabilitus, ſupplicibus parcere. Dodonaeo Iovi adſcribitur in Pauſan. L.

VII, 25: Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν. ἱκέται δ' ἱεροί τ' καὶ ἁγνοί. Quin ἀλιτηρίους & conſceleratos appellabant τοὺς ἁμαρτάνοντας εἰς τοὺς ἱκέτας in Schol. Ariſtophan. Equit. v. 443. Plura Sam. Petitus Leg. Attic. L. I, Tit. 1, pag. 85 edit. Nov. & Stanleius in Aeſchyli Eumen. v. 232. WESS.

Pag. 340. *l.* 5. Ἐπιμελητὴν τῆς πόλεως ἀπέλιπεν) Cuius tandem? An *Stymphaliorum*, de quo paullo ſuperius, oppidi? Fors eſt, ut πόλις regionem ipſam explicet, quod a ſermonis uſu non diſſentire, ex Strabone L. VIII, p. 546, conſtat. WESS.

ead. l. 6. Καὶ θεὶς τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα) Ioſephus Scaliger in ſuis ad Euſebium notis pag. 85 hoc loco Diodorum graviter reprehendit, & hanc narrationem accuſat falſi, eo quod Nemeus agon trietericus erat, & nunquam cadebat in ſecundum Olympiadis annum, ſed ſemper tertium. At ignoſcant mihi tanti viri manes, ſi Diodorum hoc loco tueri confido: non eſt enim culpa forte Diodori. Fuerunt enim Nemea duplicia, aeſtiva ſcilicet & hiberna, ut ex Pauſania liquet in Corinthiacis (cap. 15), ubi ſic ait de Argivis: καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα, ἀνδράσιν ὡπλισμένοις Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. Et in Eliacorum (cap. 16) poſt lacunam haec verba ſequuntur: ἐκλειφθέντα ἐκ Νεμείων τε καὶ Ἰσθμίων αὐτὸν βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐς Νεμείων ἀγῶνα τῶν χειμερινῶν ἀπέδωκεν Ἀργείοις. Aeſtiva Nemea menſis Panemi die XII celebrabantur, ut ait antiqua hypotheſis Nemeorum Pindari. Panemus autem Attico Hecatombaeoni reſpondebat, ut ipſe Scaliger aſſerit in ſuis de menſibus laterculis, & erant illa celebria Nemea trieterica & periodica. Hiberna vero fuiſſe annua putamus, ſicuti Athenis Panathenaica magna penteterica erant, & quinto quoque anno celebrabantur: minora vero quotannis. Hoc igitur loco Diodori Caſſander poſt aeſtatem & autumnum in ſua expeditione conſumtum, dum in Macedoniam ad hiberna exercitum ſuum reducebat, Nemeorum agona hibernum curavit, non trietericum. PALM. Studium Diodori defendendi laudare poſſum, non item defenſionem. Falſa res eſt, ſingulis annis Nemeos hibernos fuiſſe celebratos. Nemei enim ludi trieterici erant, binique qualibet Olympiade redibant. Id nos Critici veteres ad Pindarum docent Argum. Nem. III & V, praeterque ceteros omnes Imp. Iulianus Ep. XXXV, p. 408 C. Διττὰ δέ ἐστι, inquiens, Νέμεα παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις. Addit his Impera-

tor, ſuo tempore duos alios ab Argivis ludos edi, *ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι, ut quatuor omnino ludi annis quaternis ſint.* Quae quidem ſola validiſſime infringunt Palmerii ſententiam. Bina quaternis annis ſi Nemea celebrabantur certamina, Nemea hiberna non fuerunt annua. Aliam, qua Diodoro ſuccurreretur, viam munire Sam. Petitus coepit Comment. L. L. Attic. Lib. I, Tit. I, p. 135. Pertendit, Nemea anno quarto Olympiadis fuiſſe edita, & quoniam tertio quoque anno inſtaurabantur, ſecundo eadem anno acta. Idem in mentem venerat Setho Calviſio, probante in Prolegom. ad Pindari Nemeonic. Eraſmo Schmidio. Atque hoc firmari ſi poſſet, commodiſſimum foret. Annus enim eſt Olymp. CXVI ſecundus, quo Nemeum hunc agonem Caſſander dedit. At obſtant Nemeorum a viris illis doctiſſimis producta exempla, quae ſi cum cura examinentur, partim in Olympiadis annum primum, partim in eiuſdem Olymp. tertium incurrent. Ipſo examine abſtineo, quod diligentiſſime eo perfuncti ſunt D. Petavius ad Iuliani Ep. XXXV, p. 117, & H. Dodwellus Diſſert. VII de Cyclis p. 300. Dices, ſi Nemei ludi perpetuo primis & tertiis Olympiadum annis reſpondeant, quid Diodoro fiet? Paucis ut abſolvam, illud ipſum, quod viri excellenti eruditione Scaliger, Petavius, Dodwellus de eo praedicaverunt. Retulit in annum ſecundum Olymp. CXVI partem rerum Caſſandri, quae ſequente tertio erant adminiſtratae, quoniam pleraeque ante Archontem Nicodorum evenerant: quod illi non eſſe inſolens, alias oſtendimus. WESS.

ead. l. 12. Πρέπελλον) Pro Πρεπέλαον. RHOD. Vid. infra c. 68. WESS.

Pag. 341. *l.* 13. Ἀμφοτέρους κατεστρατήγησε) Durum eſt ἤκουσε, deinde κατεστρατήγησε ſine copula, ac videtur fuiſſe dicendum ἀμφοτέρους οὖν κατεστρατήγησε, vel ponenda aliqua alia particula ante ἀμφοτέρους· aut certe pro ἤκουσε debuiſſe praecedere καὶ ἀκούσας· niſi hunc locum, ſicut & alios huiuſmodi, Diodori idiomati adſcribamus. STEPH.

Pag. 342. *l.* 4. Τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου παραβοηθεῖν) Servari iſtud poteſt. Blanditur tamen vehementer τῶν ἀπὸ Ῥόδου νεῶν παραβοηθεῖν ex ſcriptis membranis. Ipſe auctor id aſſerit, cum in praecedentibus παραπλεῖ ταῖς ἀπὸ Ῥόδου ναυσὶν de eadem hac claſſe. WESS.

Pag. 343. *l.* 1. Ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἔκρηγμα) Erat in Palaeſtinae Aegyptique finibus. Ptolemaeo Lib. IV, 5, Ἔκρη-

γμα Σιρβωνίδος λίμνης, Plinio L. V, 13, *emerſus Sirbonis lacus.* Oſtium, quo in mare lacus iſte erumpebat, fuiſſe videtur olim, quod dein ingeſtae oppleverunt arenae. Τὸ δ' Ἔκρηγμα συγκέχωσται ait Strabo L. XVI, p. 1102, quem vide L. I, p. 114, cum nota Caſauboni. WESS.

ead. l. 5. Τὰ πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων) Mirum ſi πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων dixit, pro πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. STEPH.

ead. l. 11. Διεψεύσατο τοὺς πιστεύσαντας ταῖς ἐπαγγελίαις) Niſi πιστεύσαντας ταῖς ἐπαγγελίαις artiſſime iunxeris, praeſtabilius, cultius certe, τῆς ἐπαγγελίας erit, uti ſcriptis in libris, & Plut. in Demetrio pag. 903 B. Habet de Meſſeniorum obſidione, ab Agathocle ſuſcepta, Polyaenus quaedam L. V, 15, nec huius tamen temporis. WESS.

Pag. 344. *l.* 9. Πολλοὶ συνδεδραμήκεισαν) Sic ſchedae omnes, a quibus diſſentiendi cauſa non eſt. Indulgent in his ſibi Graeci plurima. Παρακεχωρήκεισαν L. XV, 62; προβεβήκεισαν L. XIX, 30; καταβεβήκει mox cap. 69; ἀναπεπόμφεσαν Eclog. XXXII, pag. 330 Urſini, generis ſunt eiuſdem. Porro praepoſitionem κατὰ, quae ante οὐδὲν ſedem invaſerat, Codd. iuſſu eliminavi. WESS.

Pag. 345. *l.* 1. Εἰς Ἀβάκαινον) Hoc veriſſimum. Vid. ad L. XIV, 78. WESS.

ead. l. 4. Φερέντην πόλιν τῆς Ἀπουλίας — εἷλον) Opportune Acro in Horat. L. III, Od. IV, 16: *Ferentum oppidum eſt Apuliae, Venuſinae civitati vicinum, in valle ſitum.* Cuius Grammatici verba inſuper haud habuit de oppido diſputans ad Livii L. IX, 16, Car. Sigonius, quem de *Nuceria Alfaterna* ibid. cap. 41 conſule. WESS.

ead. l. 11. Κόϊντος Πόπλιος τὸ δεύτερον) Κόϊντος Πουβλίλιος τὸ τέταρτον. At Diodorus pro hoc nomine ubique ſcripſiſſe Ποτίλιος videtur. RHOD. Belle Rhodomanus. Fuit Publilius hoc anno quartum conſul, uti Tabulae Capitolinae oſtendunt. Vid. Pighium ad ann. CDXXXVIII, hos conſules Livio L. IX, 22, reddentem, ibidemque Sigonium, qui ſuo e Diodori libro Ποπλίλιος, quod reſtitui, citat. WESS.

Pag. 346. *l.* 1. Κατέλαβεν — πολιορκοῦντας τὴν Κυλλήνην) Navale Eleorum erat, ab Elide ſtadiis CXX disiunctum. Pauſan. L. VI, 26, p. 518: Κυλλήνη δὲ σταδίους μὲν εἴκοσιν Ἤλιδος καὶ ἑκατὸν ἀφέστηκε —— καὶ ὅρμον παρεχομένη ναυσὶν ἐπιτήδειον, ἐπίνειον δὲ οὖσα Ἠλείων. WESS.

ead. l. 8. Καὶ τοῖς Αἰγεῦσι —— ἀποκαταστῆσαι) Mallem

Αἰγιεῦσι, ut apud Pauſan. L. VII, 24, & Plut. Caton. Mai. pag. 343 A. Huc quoque ducit Αἰγιαίων, quod mox e Mſſ. ſequetur, vocabulum ex Αἰγιέων progenitum. Auſus ſum id quidem refingere: nam Αἰγισαίων illud omnes ineptias ſuperabat. Hoc non moveo, quod Achaeae Αἰγεῖς & Polybius ſcribat L. II, 41, pag. 179. Wess.

Pag. 348. *l.* 2. Ἡ δὲ γυνὴ Κρατησίπολις) Commeminit feminae, de clandeſtinis eius & Demetrii amoribus quaedam adſpergens, Plut. in Demetr. p. 892 E. Vid. infra L. XX, 38. Wess.

ead. l. 6. Καὶ πολλοὺς τῶν ἀπόρων ὑπολαμβάνουσα) Sic plane Excerpt. Peireſcian. pag. 360, καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν ὑπελάμβανεν. Nam ἀνελάμβανεν, quod H. Valeſius ſubſtituit, eidem remittimus. Egregie Diotogenes ex Pythagorae ſectatoribus apud Io. Stobaeum Tit. XLVI, p. 330, δεῖ γὰρ ἐς τοῦτο πεπᾶσθαι τὰ χρήματα, ὥστε φίλους εὐεργετεῖν, καὶ δεομένως ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, καὶ ἐχθρὼς δὲ μετὰ δίκας ἀμύνασθαι, *is divitiarum fructus eſſe debet, ut amicis bene faciamus, egenos ſublevemus, & inimicos iure ulciſcamur.* Quod veriſſime dictum neglectiorem verbi uſum abunde illuſtrat. Wess.

Pag. 349. *l.* 5. Περὶ τὸν καλούμενον Καμπύλον ποταμὸν) Legere alibi id flumen non memini. Nomen a flexuoſiſſimis orbibus, quibus Maeandri in modum volvebatur, videtur impetraſſe. Καμπύλα τόξα Homeri, & καμπύλοι ὀδόντες Lycophronis huc ducunt. Wess.

ead. l. 13. Εἰς Στράτον πόλιν συνῴκησαν) Ex hoc loco, credo, accepit Ortelius ſuam *Stratopolim*, quam poſuit in Lexico ſuo. Sed legendum eſt Στράτον πόλιν· nam Στράτος urbs erat Acarnaniae caput ac veluti metropolis, ex Thucydide, Xenophonte, Polybio, Strabone, & aliis. Palm. Eadem Palmerius Graec. Veter. Lib. III, 5, & recte, ut ex ſcriptis Codd. apparet. Wess.

ead. l. 15. Ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ &c.) Urbis *Sauriae*, quod quidem ſciam, nuſquam alia mentio eſt. Palmerius Graec. Antiq. L. III, 8, eandem reperiſſe ſe negat, ſicut & *Derienſes*, quos tamen, ſi Θυριεῖς refinxeris, tuebitur Stephanus in Θυρέα, ubi ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας Θύριον διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν Θυριεύς. Vide ibi Iac. Gronovium, cui egregium hoc commentum debetur. De *Agrinio* apud Polyb. Lib. V, 7. Wess.

Pag. 350. *l.* 6. Καὶ διαβὰς τὸν Ἕβρον ποταμὸν) Foedum

profecto mendum: Hebrum Thraciae fluvium in Illyriam transfert hic locus. Ita non ſcripſerat procul dubio Diodorus. Lege confidenter Δρῖνον, qui neceſſario tranſvadandus erat Caſſandro, ut in regiones Glauciae ſubiectas penetraret ex Apolloniatum regione, unde proficiſcebatur. PALM. Quaeramus amplius de iſthoc Illyridis Hebro: niſi quis *Apſum* haud procul Epidamno, quem tramittere ex Apolloniatum finibus profectus Caſſander debuit, eſſe putet. *Drinus* Palmerii longius abeſt, nec ſpernendus tamen. WESS.

Pag. 352. *l.* 3. Εἰς Κῶν) Εἰς Κῶ L. XIII, 69. At vide not. in L. XVII, 27. WESS.

ead. l. 7. Κάσσανδρος δὲ) Verius Ἄσανδρος ob L. XVIII, 39, & XIX, 62. Quem vero *Prepelaum* appellat, is Πρέπελλος eſt huius libri cap. 64, ſcribentium peccato, quo & Πέριλλος & Περίλαος confundi ſolent. WESS.

ead. l. 13. Περὶ Κάπριμα τῆς Καρίας) Feliciores *Caprima* iſta eruent: mihi ignota ſunt. Ὑλάριμα Cariae notiora ſunt, nec eadem propterea. Vid. ad Hieroclis Synecdem. p. 688. WESS.

Pag. 353. *l.* 11. Ἐνεδρεύειν τοὺς περὶ Πτολεμαῖον) Tametſi praeceſſerit cap. 68 ἀπέστειλαν ἐνεδρεῦσαι τοῖς πολεμίοις, non ſequor libros, in quibus τοῖς ineſt. Vulgatum enim illi nihil concedit. S. Lucas Evang. c. XI, 54, ἐνεδρεύοντες αὐτόν. Ioſephus de bello L. II, 21, 3, ἐνεδρεύοντες Πτολεμαῖον τὸν Ἀγρίππα. Appianus Civil. Belli L. III, pag. 881, καὶ τοὺς ὀλίγους ὁ Δολαβέλλας ἐνεδρεύσας. Haec ſufficiunt: nam ut ex Diodoro, cui ſaepe placet, loca ſtipem, neceſſe non eſt. WESS.

Pag. 354. *l.* 7. Γεγονὼς ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν) Eadem Plut. Demet. p. 891 A. & Appian. Syriac. p. 196. WESS.

Pag. 355. *l.* 6. Συσκευαζόμενον τὰς πόλεις) Sic de eodem Agathocle L. XIX, 102, διανοούμενος καὶ ταύτην τὴν πόλιν συσκευάζεσθαι. Et iterum c. 106. Adde Demoſthenem Or. de Cherſon. p. 54, & quae ibi Critici veteres. WESS.

Pag. 356. *l.* 7. Μετὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον μάχην &c.) Vide L. XVII, 63. Videntur Spartani τοὺς τρέσαντας, ita vocare ſolebant omnes, qui ex proelio re male geſta aufugerant, ignominiae nota, quam leges irrogabant, liberaſſe, invito tamen Acrotato. Prudentius ſimili in re verſatus eſt Ageſilaus, referente eius in vita Plutarcho, & maculae id genus deſcribente p. 612 E. WESS.

ead. l. 11. Πληγάς τε ἐνεφόρησαν) Veneto Codici laus in-

ſtaurati debetur loci. Xiphilinus, ut alios mittam, in Nerone, Ἰούλιος οὖν τις Μουντανὸς — προσέπεσέ τε αὐτῷ καὶ πληγὰς πολλὰς ΕΝΕΦΟΡΗΣΕΝ. WESS.

Pag. 357. *l.* 9. Καὶ τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα προσέπεσϑαι &c.) Mirum, ni initium ultimi verbi anſam librariis dederit omittendi τοῦ προσενόουν, quod alii bene ſervarunt, in hoc vitioſi, quia προσέπεσϑαι neglexerunt. Scribe προσέπεσϑαι προσενόουν, & hians oratio bene progredietur. WESS.

Pag. 358. *l.* 6. Τὰ μὲν πολιτευόμενος) Interpres, quaſi κακῶς πολιτευόμενος eſſet, Latina adornavit. Ego vero longe praeferrem ex ſcripto Peireſciano πολυτελευόμενος, ſeu πολυτελούμενος, ſi de vocis uſu res certa foret. Contra enim ſe ponerentur διανοσφιζόμενος & πολυτελούμενος elegantiſſime, & altero magnificus apparatus, altero peculatus, quo utroque reditus dilapidarit Acrotatus, indicaretur. At verbum iſtud oſtendi mihi cupio. Putes Valeſium id ubi ubi reperiſſe: nam Excerpt. p. 124, τὰ μὲν πολυτελευόμενος, *non ut vulgo*, inquit, πολυτευόμενος, *egregia emendatio.* Simus itaque hoc Catone contenti. WESS.

Pag. 359. *l.* 3. Διῆρεν εἰς τὴν Λακωνικὴν) Reliqua viri fata exſequitur Pauſanias L. III, 6, & VIII, 27, p. 656. WESS.

ead. l. 11. Καθάπερ καὶ προϋπῆρχον) Foedere, quod cum Timoleonte ſociaverant, omnes Graeci nominis in Sicilia urbes Poeni liberas reliquerant. Vid. L. XVI, 83. Quare aut priora tempora reſpiciunt haec, aut urbes eas contra pacta ſuae iterum ditioni adiecerunt. WESS.

Pag. 360. *l.* 13. Πλειστικὴν μὲν φρουρὰν ἔχουσαν &c.) Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II, 15, p. 772, Πλειστινὴν corrigebat ob Livium, quod ſuo etiam aſſenſu probarunt Scaliger & Iſ. Voſſius: ſed nondum certo conſtat, *Pleſtinam* Marſorum & *Pliſtiam* Samnitium eandem fuiſſe: adde, *Pliſtiam* in manu exaratis Livii libris *Pliſticam* ſcribi, quod non eſſe de nihilo pulchre monuit Io. Fr. Gron. ad L. IX, 21. WESS.

Pag. 361. *l.* 1. Ῥωμαίων Σατικόλαν πολιορκούντων) Interpres *dum Satriculam oppugnant Romani*: quod idem ille Cluverius Ital. Ant. L. IV, p. 1184, improbat: *Saticolam* enim urbem iſtam cum Graecis tum Latinis dici; quod verum. Livium adi dicto loco & Stephanum Byzantinum voc. Σατίκολα. WESS.

ead. l. ult. Κόϊντον Αἴλιον ἵππαρχον) Αὔλιον pro Αἴλιον ſcribendum Tabulae Capitolinae monent, tametſi *Aemilium* edit Livius. RHOD. Κόιντον Αὔλιον) Accedo Rhodomano.

῏Ωλιον, quod quibuſdam in libris, Car. Sigonius probavit, dictum arbitratus, quomodo *Claudium* & *Clodium*, *plauſtrum* ac *ploſtrum* efferunt ad Livii L. IX, 22. At Αὖλον ſaepe Noſter, nunquam ῏Ωλον aut ῏Ωλιον ſcribit. WESS.

Pag. 362. *l.* 2. Περὶ τὰς καλουμένας Λαυστόλας) Livius ita L. IX, 23: *obviam itum hoſti, atque ad* LAUTULAS *ancipiti proelio dimicatum eſt.* Tum, *invenio apud quoſdam, adverſam eam pugnam Romanis fuiſſe, atque in ea cecidiſſe Q. Aulium magiſtrum equitum.* Unde conficitur, quod & in mentem Phil. Cluverio venit It. Ant. Lib. III, p. 1012, Λαυτόλας melius eſſe. Certe Latinae originis ſi oppidi hoc vocabulum ſit, quod mihi nondum liquet, *Lautulae* praeſtabunt. Vid. Arn. Drakenborchium ad Livii Lib. VII, 39. Mox ὑπέστη τῷ πλήθει praeferrem. WESS.

ead. l. 5. Μόνος ὑπέστη τῷ τε πλήθει) Vel τότε legendum, vel τῷ. Nam verbum ὑπέστη etiam dativum regit. RHOD.

ead. l. 11. Ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν) Mutuo ſibi auxilio fuerunt ſchedae veteres: quod unis deerat, alterae expleverunt. Quin H. Stephanus in Codd. ſuorum aliquo id reperiſſe videtur: namque inter operarum peccata vulgatum refert. Sed Livium audi L. IX, 26: *Eoque ira proceſſit, ut Romae quoque, cum de colonis mittendis Luceriam conſuleretur ſenatus, multi delendam urbem cenſerent. — Vicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni.* Sic ille, verum Coſſ. *M. Poitelio* & *C. Sulpicio*, eaque parte Noſtro minime conſentaneus. Λουκερίαν Diodoro reddiderunt Iſ. Caſaubonus in Strabon. L. VI, p. 435, & Ph. Cluverius Ital. L. IV, p. 1215, & Scaliger ad libri ſui oram. WESS.

ead. l. ult. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα &c.) Claudicabit oratio, niſi cum H. Stephano ἀλλὰ κατὰ τοὺς, ſive καὶ κατὰ τοὺς, reſcripſeris. Vitium frequens & ex ſcribendi compendio natum. Vid. Coteler. Monum. T. II, p. 589. In Leontio Act. 4 de fectis pag. 462 non multum diſſimile reperies: τοὺς χρόνους γὰρ ἐκείνους, βασιλεὺς εἷς ἦν ἐν Ῥώμῃ, καὶ εἷς ἐν Βυζαντίῳ editur vulgo. Quanto melius in ſcripto Voſſiano: δύο γὰρ ἐγίνοντο κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους βασιλεῖς· εἷς ἐν Ῥώμῃ & reliq. Sed ſunt hoc de genere plura iſto bonae frugis in libello, de quibus alias. WESS.

Pag. 363. *l.* 5. Μάρκος Πόπλιος) Ποιτήλιος pro Πόπλιος. RHOD. Vid. Livium cum nota Sigonii, & Faſtos Pighii ad ann. CDXXXIX. WESS.

ead. l. 6. Καλλαντιανοὶ κατοικοῦντες ἐν τοῖς ἀριστεροῖς &c.)

Non muto, quantumvis L. XIV, 37, de Salmydeſſo auctor, *οὗτος δ' ἐστὶ μὲν ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου.* Eodem enim redit & diſerte Strabo L. XII, p. 816 A. *καλεῖται δὲ τὰ* ΑΡΙΣΤΕΡΑ *τοῦ Πόντου Θρᾳκικά.* Ceterum *Καλλατιανοὶ* ſemper appellandi erant urbis *Callatidis* ſive *Callatiae* incolae, ut dixi ad Anton. Itiner. p. 227. Confer L. XX, 113. Wess.

Pag. 365. *l.* 3. *Ἀπέσταλκεν — ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Καλλαντιανοῖς*) Quod in Reg. 1. erat *βοηθήσων τοῖς Καλλ.* commodius fortaſſe videbitur, nec eſt tamen. Sive enim *ἀπέσταλκε τοῖς Καλλατιανοῖς*, ſeu *βοήθειαν τοῖς Καλλ.* artiſſime iunxeris; verborum ordo nihil habebit inſolens. Regunt ſaepenumero utroque in ſermone verbi ſui caſum ſubſtantiva, eſtque geminum huic L. XVI, 21, *καὶ τῶν συμμάχων — ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων.* Alia ſi deſideres, ecce tibi Dionyſium Ant. Rom. L. I, pag. 8, *καὶ πολιτείας μεταδόσει τοῖς μετὰ τοῦ γενναίου ἐν πολέμῳ κρατηθεῖσι.* Arrian. Ἀναβ. Ἀλεξ. L. I, c. 11, p. 25, *μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον τῷ Νεοπτολέμου γένει.* Plautum Amphit. I, 1, 12, *opulento homini hoc ſervitus dura eſt.* Et Mercat. II, 11, 37, *filius quam advexit matri ancillam ſuae.* Salluſtium Catil. c. 32, *quod neque inſidiae conſuli procedebant.* Haec ſufficiunt. Adde tamen Iac. Perizon. ad Sanctii Minerv. Lib. IV, 4, 11. Wess.

ead. l. 7. *Περὶ τὸ καλούμενον Ἱερὸν κατεστρατοπέδευσεν*) Fanum erat ad ipſum Ponti os in continente Aſia, ab Europa ſtadiis ferme XII disiunctum. Docet praeter alios Polybius L. IV, 39, & Noſter L. XX, 112. Vide, quae de eo copioſe ſatis ſcripta nuper ſunt ad S. Petiti Comment. L. L. Attic. L. V, Tit. 4, pag. 503. Wess.

ead. l. 11. *Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὴν — ὑπερβολὴν*) Saepe de itinere per ipſos montium vertices *ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους* Strabo, veluti L. IV, p. 313 B. *ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους πρότερον οὔσας ὀλίγας — νυνὶ πολλαχόθεν εἶναι καὶ ἀσφαλεῖς.* Adde ibid. p. 315 B. & L. VII, p. 449 A. Wess.

Pag. 366. *l.* 7. *Ἐξέπεμψε Τελεσφόρον*) Haud ſcio, an idem ſit Teleſphorus, quem provinciarum olim praefectum Lyſimachus, quod Arſionen ſuam, crebrius vomentem, hoc ambigui ſoni verſu *Κακῶν κατάρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων* perſtrinxerat acute, caveae incluſum circumferri excruciatumque interfici iuſſit, Athenaeo Lib. XIV, 1, p. 616, & Plutarcho de Exſil. p. 606 B. teſtibus. Nam quod Antigo-

no cum maxime militat, id nihil officit. Deſeruit eius dein partes, aliis ſeſe adiuncturus, infra cap. 87. WESS.

Pag. 368. *l.* 1. Πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φίλιππος — ἐν οἷς ἦν καὶ Αἰακίδης) Caſſandri frater Philippus erat, qui proelio ad Oeniadas cum Aeacide congreſſus eundem ſuperavit, vulneratumque interfecit. Operae erit Pauſaniam audire, γενομένης δὲ Φιλίππου τε ἀδελφοῦ Κασσάνδρου καὶ Αἰακίδου μάχης πρὸς Οἰνιάδας, Αἰακίδην μὲν τρωθέντα κατέλαβε μετ' οὐ πολὺ τὸ χρεὼν, lib. I, 11, p. 27. WESS.

ead. l. 10. Κάσσανδρος ὁ τῆς Ἀσίας κυριεύων) Lege τῆς Καρίας, ut ſupra p. 704, (cap. 62,) τὸν τῆς Καρίας σατράπην Κάσσανδρον. PALM. Bene Palmerius. Addidiſſet Ἄσανδρος Cariae huic praefecto fuiſſe nomen, ſuus huic loco color rediſſet. Vid. not. in L. XVIII, 39. WESS.

Pag. 369. *l.* 3. Καὶ Σέλευκον) Non videtur de nihilo eorum Codd. ſcriptura, in quibus καὶ Κάσσανδρον. Fortaſſe lectum olim utrumque fuit, ut amicitiam cum Ptolemaeo, Seleuco & Caſſandro, quam prius coluerat, miſſis legatis inſtauraverit. Vid. libri huius cap. 68. WESS.

ead. l. 15. Πλὴν τῆς ἄκρας) Vide L. XX, 27, & Strabonem L. XIV. WESS.

ead. l. ult. Ἐπὶ δὲ τὴν Ἴασον πόλιν ἐκπεμφθεὶς &c.) Plerique Ἴασσον, cuius cives in nummis IACCEIΣ, appellant, nec tamen omnes, ſicuti ad Hieroclis Synecdem. p. 689 oſtenſum fuit. At id leve. Quae ſequuntur ἠναγκάσθη προσθέσθαι τοῖς περὶ Ἀντίγονον, interpres ad Ptolemaeum retulit, tanquam is cum Antigono ſe coniungere ſit coactus: qui quidem Antigoni cum dux fuerit & fratris filius, atque ab eodem ad Iaſſum occupandam miſſus, in aperto utique eſt, id parum procedere. Lege ἠνάγκασε ταύτην προσθέσθαι &c. *urbem eam partibus Antigoni ſe adiungere coëgit*, & clara omnia erunt. WESS.

Pag. 371. *l.* 3. Ἐπέπλευσαν -- καταφρονοῦσι τοῖς πολεμίοις) Erunt fortaſſe, qui καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων maluerint ex Reg. 1. ego aliud cenſeo, & a vulgato non deflecto, quippe geſtae rei ſatis congruo. WESS.

ead. l. 13. Ἀντεστρατοπεδεύσαντο — περὶ Κίνναν πόλιν) Urbis *Cinnae* nulla apud Livium in anni huius hiſtoria, nulla apud alios, quod reſcire quitum eſt, mentio recurrit. Id Philippum Cluverium impulit, ut de Luceria cogitaret Ital. Antiq. L. IV, pag. 1212, cui, niſi aliud Codd. ſcripti imperaverint, accedere non poſſum. Nam & nihil fere commu-

ne habent KINNA & ΛΟΥΚΕΡΙΑ, & praefert Italicum quid *Cinna*, ex nobili Corneliorum familia haud ignotum. Livium quod attinet, eius diſſenſus morari neminem debet, in geſtis huius anni rebus diverſos annales ſecuti. Ipſum adi L. IX, 24 & ſeqq. Fors ergo *Cinna* obſcurum in Samnitium finibus oppidum fuit. WESS.

Pag. 372. *l.* 8. Γάϊον Μάνιον) Γάϊον Μαίνιον, & Μάρκον Φόσλιον ἵππαρχον. RHOD. Γάϊον Μαίνιον) Ita ſcripſi ex Sigonii, Μαίνιον citantis ad Livii L. IX, 26, Codice: cetera, etſi a Rhodomano bene correcta ſint, non audeo mutare. Liquet autem hinc & ex Tabulis Capitolinis, Dictatorem C. Maenium rei in Campanos gerendae, non quaeſtionis in eos exercendae cauſa, fuiſſe dictum. Livius, alios ſecutus annales, diſſentit. WESS.

Pag. 373. *l.* 1. Αὐτοὺς ἀνεῖλον) *Itaque ſive timore eius, ſeu conſcientia, Calavios, Ovium Noviumque, (ea capita coniurationis fuerant) priuſquam nominarentur apud Dictatorem, mors haud dubie ab ipſis conſcita iudicio ſubtraxit;* hactenus Livius dicto loco. WESS.

ead. l. 6. Γάϊος Ἰούνιος) Supple δεύτερον ex Livio (L. IX, 28.) Licet has vices rariſſime annotet Diodorus, brevitati ſuae gratificans. RHOD.

ead. l. 8. Παρμενίων Μιτυληναῖος) Euſebio Παρμενίδης Μιτυληναῖος, quod eodem redit. WESS.

ead. l. 10. Στρατηγὸν Πολέμωνα) Quis fuit ille *Polemo*, de quo Diodorus ſolus meminit? Nullus profecto. Lege ex hiſtoria Πτολεμαῖον, ut infra hac eadem pagina & p. 542. (L. XX, 19.) PALM. Nullus dubito, quin verum aſſecutus ſit vir erudituſſimus. *Ptolemaei*, ducis Antigoni, & eiuſdem ex fratre nati, in his rebus frequentiſſima recurrit mentio; *Polemonis*, niſi ſicubi illum loci poſſeſſione everterit, ut hoc & ſeq. capite, nulla. Supra vide cap. 57. WESS.

Pag. 374. *l.* 5. Καὶ τὰς ἐξ Ὠρεοῦ ναῦς) Legendum eſſe Ὠρεοῦ, (licet Ὦρου non ſolum hic in excuſis quibuſdam Codicibus, ſed & in ſcriptis) ex initio huius paginae & ſequentis apparet. STEPH.

ibid. Καὶ τειχίσας τὸν Σαγονέα) Τὸν Σαλγανέα· quae Stephano urbs eſt Boeotiae. RHOD. In margine adſcriptum eſt Σαλμονέα, utrobique male. Lege Σαλγανέα. Eſt enim Σαλγανεὺς urbs Boeotiae, de qua Dicaearchus, Strabo, Livius, Stephanus & alii. PALM. Καὶ τειχίσας τὸν Σαλγανέα) Inſtauravi urbis nomen, eoque fidentius, quod virorum

doctorum coniecturae & diſcordes Codd. ſcripturae huc ducerent. In Ptolemaeo Lib. III, 15, neglecta una litera Σαγανεὺς, quod librariorum peccatum, ſicuti & hoc ipſum, corrigendum monuit Abr. Ortelius. WESS.

Pag. 375. *l.* 2. Ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθῶν, ὑπὲρ τῶν οἰκείων &c.) Prima fronte videtur reſtitui poſſe hic locus, addito dumtaxat verbo coniunctivi modi ante vel poſt ἀγωνίσασθαι. Sed erit Ἀντίγονος nominativus participii βοηθῶν, cum potius debeat eſſe Κάσσανδρος, meo quidem iudicio: quare lectionem margini adſcriptam huic praefero, orationem ἀνακόλουθον eſſe dicens, & cum praeceſſiſſet, ἢ μένοντος Κασσάνδρου περὶ τὴν Εὔβοιαν, ſequi debuiſſe ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθοῦντος. Sed priore in loco poſt μένοντος Κασσάνδρου ſubiungitur αὐτὸς καταλάβῃ, videlicet ὁ Ἀντίγονος· at in poſteriore, cum & participium & coniunctivus ad eandem perſonam ferantur, dicere non potuit ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθοῦντος ἀποβάλῃ· ideo dixit ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθῶν ἀποβάλῃ. STEPH. Hic enormis ἀσυνταξία eſt: cui ſcholion marginis quidem mederi, ſed nimis violenta caſtratione, conatur. Quid? ſi βοηθοῦντα ſcribas, & poſt Κάσσανδρον reſtituas ἀναγκάσῃ; RHOD. Recto quidem decurret tenore Diodori oratio, ſi monitori Rhodomano ſuffrageris, eiuſque laudaveris medicinam: at ea violentior eſt atque omni ſchedarum veterum patrocinio caret. Res ſecius in H. Stephani habet expoſitione, cui & Codd. auctoritas pondus addit, & Graecorum ſaepe ex uſu ordinem verborum variantium conſuetudo. Illam ergo amplector, cetera lectori integra relinquens. WESS.

ead. l. 5. Πλείσταρχον μὲν ἀπέλιπεν ἐπὶ τῆς -- φρουρᾶς) Caſſandri frater *Pliſtarchus* fuit, de quo Pauſanias L. I, 15, & Plut. Demetr. p. 903, plura. WESS.

Pag. 376. *l.* 4. Διέδωκε -- κατὰ πόλιν εἰς τὴν χειμασίαν) Vid. ad L. XV, 38. Novi probe Scaligeri decretum in Act. Liter. Schurzfleiſchii p. 27, quod ſermonis uſu non firmari animadverto. Ecce tibi Polybium Excerpt. p. 1421, σὺν δὲ τούτοις καὶ πλείους ἑτέρους ἐξηρίθμηται ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ὀνομάζων· ubi κατὰ πόλιν citra controverſiam eſt *ex ſingulis oppidis*. Adde Ioſeph. L. II B. I. cap. 10, 3, πάντων γὰρ τῶν ὑποτεταγμένων ἐθνῶν ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ συγκαθιδρυκότων τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τὰς Καίσαρος εἰκόνας. Et Baſilium M. de Spiritu Sancto c. 7, κατά τε χώραν καὶ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ. Sed deſino: quae alias conduxi, abunde ſunt. WESS.

ead. l. 16. Ἐπίκαιρος γὰρ ἡ πόλις ἐστὶ &c.) Ad Graeciae principatum retinendum Chalcide nihil poterat eſſe opportunius. Philippus, Perſei pater, propterea eam inter τὰς πέδας τῆς Ἑλλάδος, ſive *Graeciae compedes*, non immerito numerabat apud Polyb. L. XVII, 11, Livium L. XXXII, 37, Plut. Flamin. pag. 374 D. Mox Πολέμων rectius Πτολεμαῖος erit. WESS.

Pag. 378. *l.* 1. Καὶ τῶν Ὀπουντίων τὰ Κασσάνδρου φρονούντων) In his nihil eſt, quod offendat. Si qui tamen cum Reg. 1. ſentire malint, fruantur arbitrio ſuo. WESS.

Pag. 379. *l.* 7. Καὶ τὸν τῆς Κεραυνίας δυνάστην) Margini adſcriptam lectionem comprobare videtur locus quidam p. 705, in quo nomen idem legitur, ſed cum γγ. Ibi autem cum Κερυννία copulatur non Λαπιθία, ſed Λαπιθος. Pro quo ſecundum Stephanum Λάπηθος ſcribendum fuerit per η. Nam illi Λάπηθος urbs eſt Cypri, Λαπίθη Theſſaliae. Apud Strabonem (L. XIV, p. 1001,) ſcriptum eſt Λάπαθος. STEPH.

ead. l. 8. Τὸν τοῦ Μαλιέως) Si hoc non eſt parentis Staſioeci proprium, ut τὸν τῶν Μαριέων, ſcilicet βασιλέα, legam, certa ratione adducor. Eſt enim Μάριον (pro quo alibi Μάριος perperam in hiſtoria noſtra legitur) urbs Cypri, cuius gentile Μαριεύς, ut Stephanus docet. Ideo haud ſcio, an non ſupra p. 705 A. legendum ſit Μαριέων pro Μανέων, *Marienſium*, non *Manenſium*: quorum idem Staſioecus rex ibi nominatur. RHOD. Non repeto, quae de *Lapetho* & *Mario*, Cypri oppidis, ſcripta ſuperius ſunt ad huius lib. c. 62. WESS.

ead. l. 15. Ποσίδειον καὶ ποταμοὺς Καρῶν) Non memini Ποταμοὺς Καρῶν alibi legere. Flumen Syriae Καῤῥὰ eſt in Stephani Κάῤῥαι, a quo id Meſopotamiae oppidum nomen indeptum fuiſſe ait. Sed id ab ora Syriae ſuperioris maritima, de qua hic loci, aberat longius. *Poſideum* non obſcura Syriae urbs erat prope Orontis oſtium ex Ptolemaeo Lib. V, 15, atque aliis. Ipſe auctor eius commeminit Excerpt. Peireſcian. p. 378, ubi prave nunc Πισίδιον. WESS.

Pag. 381. *l.* 1. Σταθμοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας) Quidam *manſiones* reddunt, de quibus lege Herodotum (L. V, 53), ubi ſingulis CL ſtadia tribuit, quae quinque milliaria Teutonica, demto quadrante cum duobus ſtadiis efficiunt. Stathmi igitur XXIV conſtituunt CXII milliaria cum dimidio, ſi XXXII ſtadia pro uno milliari acceperis. RHOD. Herodotus non dicit σταθμὸν aequare CL ſtadia, ſed diurno itinere totidem ſtadia poſſe abſolvi: nec longe tamen ab iſto inter-

vallo abfuiſſe videtur. Graeci ſaepe itinera σταθμοῖς, ut Latini *caſtris*, metiuntur. Noſter quidem certe Lib. XIV, 29, σταθμὸν de diurno itinere accepit. Nam quod apud Xenophont. Ἀναβ. L. IV, p. 265, de Graecis ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν διὰ Χαλύβων ΣΤΑΘΜΟΥΣ ἑπτὰ legitur, id ipſe expreſſit διῆλθον ἐν ἡμέραις ἑπτά. Unde manifeſtum eſt, citatiſſimo itinere uſum fuiſſe Antigonum, qui VI diebus σταθμοὺς ſive *manſiones* XXIV percucurrerit. Mallem autem in praecedentibus ἓξ ἡμέραις, etſi non neſciam, quid vulgato patrocinetur. WESS.

ead. l. 17. Περὶ τὴν παλαιὰν Γάζαν τῆς Συρίας) Mirum eſt, Gazam hic ſemel iterumque παλαιὰν appellari, & Παλαιγάζαν in Dexippi fragmento apud Syncellum Chronograph. p. 266. Fuitne duplex olim *Gaza*, uti *Tyrus* & *Palaetyrus?* Ita puto. Vide ordinem rei geſtae. Ptolemaeus caſtra metatur ad Palaegazam: eandem in urbem ſuas copias coëgit Demetrius. Pugnatur. Victus abit Demetrius, retroceditque cum equitibus ordines ſervantibus Gazam uſque: mox ubi ſub ſolis occaſum Gazam praeteriiſſet, equitum aliqui in urbem ſe, res ſuas ablaturi, recipiunt, & ab inſequente Ptolemaeo una cum urbe capiuntur. Haec cap. 84. Quae quidem, niſi plane erro, ita comparata videntur, ut *Palaegaza* & *Gaza* diverſae ſint cenſendae, nec longo tamen intervallo diſſeptae. Putares Παλαιγάζαν eam eſſe, quam Alexander expugnatam evertit, quoniam de illa Strabo Lib. XVI, p. 1102 A. κατεσπασμένη δ' ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μένουσα ἔρημος, *everſa ab Alexandro Gaza eſt, manetque deſerta.* Verum obſtat ſitus, qui nobiliſſimae Gazae, quam Alexander occupavit, idem manſit: habent praeterea ultima Strabonis verba plurimum difficultatis; neque enim verum eſt, quod & viri docti dudum viderunt, Gazam poſt Alexandri tempora deſertam duraſſe. Diodorum, quem illi neglexerunt, advocabo. Refert huius lib. cap. 59, Antigonum *Ioppen* & *Gazam*, quod dicto audientes non erant, pugnando cepiſſe: tum eandem Gazam a Ptolemaeo fuiſſe ſubactam cap. 84: eundemque principem Ioppen, Samariam & *Gazam*, adventante maximis cum copiis Antigono, deſtruxiſſe, infra c. 93. Haec, alia ut mittam, Strabonis iſta καὶ μένουσα ἔρημος ſollicitant vehementer, paeneque efficiunt, ut cum Palmerio adſcititia autumem, praeſertim quoniam Xylander vertendo eadem praeteriit. Utcunque id ceciderit, perſevero ea in opinione, duplicem fuiſſe Ga-

zam, proboque illa Hioronymi de Loc. Sacr. vehementer, *antiquae civitatis* (Gazae) *locum vix fundamentorum praebere veſtigia : hanc autem, quae nunc cernitur, in alio loco, pro illa, quae corruit, aedificatam.* Adi nunc ad S. Lucae A. A. c. VIII, 26, ubi de Gaza αὕτη ἐστὶν ἔρημος, & hanc *Palaegazam*, miſſis eruditorum fluctuationibus omnibus, intellige. Habet de duplici Gaza Palmerius etiam Exercit. pag. 85 nonnulla, quae, ut alias fortaſſe oſtendam, conſiſtere non poſſunt. Vid. & not. in Antonini Itiner. p. 151. WESS.

Pag. 382. *l.* 6. Καίπερ νέος ὢν παντελῶς) Annis XXII non maior. Confer ſupr. c. 69. WESS.

Pag. 383. *l.* 3. Τοῦ τε πατρὸς ἤδη γεγηρακότος) Suidam haec, & quae conſequuntur, exſcripſiſſe in Δημήτριος, L. Kuſtero minime latuit. WESS.

ead. l. 7. Ἔτι δὲ κεκοσμημένος ὅπλοις βασιλικοῖς) Mera παραδιόρθωσις eſt Reg. 1. ſcriptura : vulgatam Suidas quoque tuetur. Erat Demetrius ἰδέᾳ καὶ κάλλει προσώπου θαυμαστὸς καὶ περιττὸς, omnemque fictorum & pictorum artem fruſtrabatur, Plut. Demet. p. 889 D. teſte. Aſtris propterea & ſoli, aſtrorum pulcherrimo, comparatur in Ithyphallico carmine apud Athen. L. VI, 15, ſicuti probe monuit magnus Animadverſor. Conf. infra L. XX, 93. WESS.

Pag. 384. *l.* 14. Καὶ πλαγιοφύλακας τὰς ἴσας) Scio, φύλακας & φυλάκους veteres ſubinde probaſſe, decretumque Euſtathii in Homer. p. 1365 illa de re, nec hic tamen recipio. Superius cap. 28 πλαγίας φυλαττούσας ἔξω τοῦ κέρατος ἴλας nuncupavit. WESS.

Pag. 386. *l.* 12. Ἔταξαν δὲ ἐπὶ τοῦ κέρατος τοῦ τῶν &c.) Scribe ἐπὶ τοῦ κέρατος τούτου τῶν ἱππ. ut poſt pauca προέταξαν τοῦ κέρατος τούτου καὶ τὰ ψιλικά. WESS.

ead. l. 15. Κομίζοντας χάρακα σεσιδηρωμένον) Sollemne ad belluarum equitumque impreſſionem impediendam inventum erat κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς ἢ σανίδας ἐμβάλλειν κεντρωτὰς, uti Plut. in Apophthegm. pag. 200 B. loquitur. Relege, quae dicta ad L. XVIII, 71, fuerunt. WESS.

Pag. 388. *l.* 1. Κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐπιστροφὴν) Nihil moveor illorum Codd. imperio, haec qui mutant. Tritum eſt in Graecorum militia ἐπιστροφῆς vocabulum apud Aelianum Tact. cap. 31, dicunturque ἐπιστροφὴν ποιεῖσθαι, qui in hoſtem iterum ſeſe convertunt. WESS.

Pag. 389. *l.* 1. Τινὰ μὲν αὐτῶν περιεπείροντο) De verborum ſtructura dictum ſupra L. V, 8, fuit. WESS.

ead. l. 10. Ἄπρακτον ἐποίει τὴν βίαν αὐτῶν) Si ἡ τοῦ χάρακος πῆξις praecederet, nihil hic quidem ſalebroſi foret. Nunc verba conſideranda, ac ſi dictum τοῦ Πτολεμαίου — προεωραμένου fuiſſet, quod praeter morem Diodoro atque aliis haud accidere, notum eſt. Vide hoc L. XIX, 96, τῶν δὲ περὶ Ἀθήναιον κατηγόρει, φάσκων -- ὑπ' αὐτοῦ &c. WESS.

Pag. 391. *l.* 3. Διελθὼν σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίους) Uſus his eſt H. Relandus Palaeſtin. Lib. II, 14, ut, quantum Gaza ab urbe Azoto abfuerit, demonſtraret: non male quidem ille, quamquam revera intervallum indicatur, quo Palaegaza & Azotus diſſeptae erant. WESS.

ead. l. 11. Ἔπεσον μὲν πλείους τῶν πεντακοσίων) Haec ſana praeſtare nolo. Caeſorum numerus pro cladis eius magnitudine & multitudine captivorum minor eſt. Puto fuiſſe πλείους τῶν πεντακισχιλίων, quem numerum Plutarchus edit in Demet. pag. 891 A. ἐσφάλη περὶ πόλιν Γάζαν ἡττηθεὶς (Demetrius) ὀκτακισχιλίων ἁλόντων καὶ πεντακισχιλίων ἀποθανόντων. Ut ut erat, in tempore pugnatae huius pugnae egregie Diodoro convenit cum Caſtore Chronographo apud Ioſeph. L. I C. Apion. c. 22, pag. 455. WESS.

Pag. 392. *l.* 5. Καὶ συνθέμενος πάλιν πρὸς αὐτὸν) Ordo ſermonis πρὸς αὐτοὺς expoſtulabat. At Diodorus ad unum tranſit Seleucum, quem Babyloniae poſſeſſione everterat contra datam fidem Antigonus. Ceterum Iuſtinus, Demetrio privatum omne inſtrumentum ac familiam a Ptolemaeo fuiſſe redditam, adiecto hoc verborum honore ſcribit, *Non ſe propter praedam*, ſed *propter dignitatem*, *iniſſe bellum; indignatum*, *quod Antigonus devictis diverſae factionis ducibus*, *ſolus communis victoriae praemia corripuiſſet*, L. XV, 1. WESS.

ead. l. 9. Προσέταξεν ἐπὶ τὰς ναυαρχίας διελεῖν) Non audeo citra Codd. auctoritatem τὰς ναυαρχίας confingere: ingenue tamen ut fatear, τὰς νομαρχίας ſcripſiſſe auctor videtur. Omnis Aegyptus, uti notiſſimum, in Nomos, ſive νομαρχίας, erat deſcripta: per quas praefecturas commodius capti, ut cuſtodirentur, diſtribui potuerunt, quam per navium, quod vulgata requirunt, praefecturas. Sed ea coniectura eſt. WESS.

ead. l. 12. Ἐπῄει τῶν κατὰ Φοινίκην πόλεων &c.) Cultius ſi autumaveris ex Reg. 1. ἐπῄει τὴν κατὰ Φοινίκην, τῶν πόλεων & reliq. me adſtipulatore uti poteris. Vulgatum tamen ſedem tueri paſſus ſum, quod & id patronos nanciſci poſſet. WESS.

Pag. 393. *l.* 4. Σιδῶνα μὲν προσήγαγετο) Ineptus eſſem, de Sidone ſi commentari inſtituerem: incidit tamen, quod ἀπροσδιόνυσον non videbitur. Appellatur urbs in Ioſuae cap. XI, 8, *Zidon rabbah*, Σιδὼν ἡ μεγάλη· qui titulus, urbis amplitudinem & celebritatem deſcribens, interpretum quorundam animum advertit: quaerunt nodos, ubi nulli ſunt. Audiamus Rabanum Maurum L. II in Ioſ. pag. 728, Tom. IX Ampl. Collect. ed. Martene: *vocat autem* — *etiam eos, qui circa Sidonem magnam ſunt. Ego quidem cum in locis Sidonis aliquoties demoratus ſim, nunquam comperi, duas eſſe Sidonas, unam magnam, aliam parvam, quantum ad terrenum pertinet locum.* Tum rem ut expediat, allegoriis & myſticis diſputationibus abſurdiſſime abutitur, quas tangere nolo. Vide vero, quid Rabani ex verbis conficiat doctiſſimus libri editor ibid. pag. 668. *Inter alia praeclara*, inquit, *quae plurima huic operi inſperſit, diſces* (*Lector*) *commorationem eius nonnullam in Orientis partibus, cuius nec Rudolfus, nec Trithemius meminere. Sic enim habet in illa verba capitis XI, 8*, uſque ad Sidonem magnam. Ego quidem cum in locis Sidonis &c. *Atque haec Rabani peregrinatio referenda videtur in iuveniles eius annos, cum necdum eſſet Fuldae magiſter, fortaſſe nec monachus, nedum abbas Fuldenſis, aut archiepiſcopus Moguntinus.* Ecquando ergo, liceat mihi rogare? Operae utique pretium fuiſſet commonſtrare, Ludovici Pii, Lotharii & Caroli Calvi aetate Syriam & Palaeſtinam Chriſtianorum ex Europa peregrinationibus adeo fuiſſe frequentatas, ut Rabanus Sidone *aliquoties commorari* ſine incommodo quiverit. Sed quid circuitione utor, & virum doctum ad incitas urgeo? Nunquam de ſe Rabanus, etſi ſuo in libro, profeſſus eſt ea. *Codicem enim ex ſanctorum patrum dictis, in hiſtoriam Ieſu Nave ſenſu allegorico prolatis*, uti ipſe ad Fridericum, noſtrae urbis olim praeſulem, perſcripſit, ſtudioſe collegit, & ea quidem religione, ut una cum pulviſculo, quod dici ſolet, ex Origenis in Ioſuam Homiliis a Rufino Latina veſte indutis, abraſerit omnia. Contende utrumque opus, & nihil olim ex tripode verius pronuntiatum reperies. Quin ipſa illa, quae ſcribenti anſam praebuerunt, verba Homil. Rufini XIV in Ioſ. p. 430 ed. Pariſ. leguntur omnia. Id vero Theologo latuiſſe & Benedictino e S. Mauri ſocietate mirarer profecto, ni vaſtam conſiderarem monumentorum, undique labore incredibili conductorum, molem, quae ſingulis attentiorem animi curam negavit. Redeo ad Diodorum. Wess.

ead. l. 10. Ἐλοιδόρησε φορτικῶς) Sententiam non male expreſſit interpres, etſi odioſum quiddam atque inſolens deſignet vocabulum iſtud. Non me quidem fugit M. Ant. Mureti in Ariſtotel. Ethic. L. I, 5, aſperior contra Lambinum diſputatio; at *ridiculum* & *ſordidum* ut ubique τῷ φορτικῷ probiſſime congrueret, nunquam efficere potuit. WESS.

Pag. 395. *l.* 1. Τὰς μὲν ναῦς — ἀπέδωκε) Non proſcribo ἀπέδωκε, nec cauſam video, cur ἀπέδοτο aliarum ſchedarum damnari debeat. Potuit Teleſphorus accepto pretio naves hoſtibus vendere, potuit eaſdem Antigoni praefectis reddere. Tacent monumenta, arbitriumque eligenti relinquunt. WESS.

Pag. 396. *l.* 4. Παρέλαβε τὴν Κυλλήνην) Supra vide huius lib. c. 66. WESS.

ead. l. 9. Ὑπὸ Ἀρυβίλου τοῦ πατρὸς) Hunc alii ſcriptores *Arybbam* nuncupant. Magnus fuit avunculus Alexandri Magni: Alcetas frater eſt Aeacidae. Vide R. Reineccium in regni Moloſſici deſcriptione. RHOD. Lege Ἀρύμβου, vel Ἀρρύβου· nam utroque modo legitur apud auctores. PALM. Praeſtat Ἀρύμβου. Vide not. in L. XVI, 72. Erat Alcetas ingenio truci & iracundo, fueratque propterea a patre regia domo expulſus. Pauſaniae hoc debemus Lib. I, 11, p. 27: Ἠπειρῶται δὲ Ἀλκέταν ἐπὶ βασιλείᾳ κατεδέξαντο, Ἀρύμβου μὲν παῖδα καὶ ἀδελφὸν Αἰακίδου πρεσβύτερον, ἀκρατῆ δὲ ἄλλως θυμοῦ, καὶ δι' αὐτὸ ἐξελασθέντα ὑπὸ τοῦ πατρός. WESS.

ead. l. 15. Περὶ Κασσωπίαν πόλιν) Duplicem Caſſiopen, ſive Caſſopen, maritimam & mediterraneam, Ptolemaeus habet L. III, 14, quarum hanc huius eſſe loci I. Palmerius arbitratur Graec. Veter. Lib. II, 4, p. 266, me non invito. Altera illa mediterraneae videtur navale & portus fuiſſe. Reliquas Caſſopiae urbes annumerat Demoſten. Or. de Halon. p. 52, neque multum refert Κασωπίαν ſcribas, an Κασσωπίαν. Conf. Itiner. Anton. p. 521. WESS.

Pag. 397. *l.* 6. Κατέφυγεν εἰς Εὐρυμενὰς, πόλιν Ἠπειρωτικὴν) *Eurymenas* Theſſaliae urbem in Magnetum finibus Scylax Peripl. p. 60, Stephanus ex Hecataeo & Livius Lib. XXXIX, 25, memoraverunt. Diodorus Epiroticam ait, quam rem admiratione dignam profitetur Iac. Gronovius ad Stephanum. Mihi eadem non videtur, additoque πόλεως Ἠπειρωτικῆς titulo a Theſſalica clariſſime diſcerni. WESS.

Pag. 398. *l.* 10. Ὅτι τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες) Vid. huius libri c. 78. WESS.

Pag. 399. *l.* 7. Αὐτόν τε κατέσφαξαν καὶ δύο τῶν υἱῶν) In regnum redux ſibi ſubiectos furibunde afflixerat. Καὶ τότε ἥκων (Alcetas) ἐξεμαίνετο εὐθὺς ἐς τοὺς Ἠπειρώτας· ἐς ὃ νύκτωρ αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας ἐπαναστάντες ἔκτειναν, Pauſanias inquit L. I, 11, p. 27. Wess.

ead. l. 12. Οὐ πλείους τῶν ὀκτακοσίων &c.) Paullo aliter Appianus de Syr. Bell. p. 196, καὶ πεζοὺς ἐς τοῦτο (ad Babylonem recuperandam, Ptolemaeus) ἔδωκεν αὐτῷ χιλίους καὶ τριακοσίους ἱππέας. Wess.

Pag. 401. *l.* 2. Ἐν μὲν γὰρ Βραγχίδαις αὐτοῦ χρηστηριαζομένου) Aliud reſponſum, Seleuco de futura felicitate ab Apolline Didymeo redditum, idem Appian. ibid. p. 198 ſervavit. Forte utrumque regem movit Seleucum, ut Mileſiis ἐς Βραγχίδας remitteret Apollinis aheneam ſtatuam, quam olim Xerxes Ecbatana deportari iuſſerat, apud Pauſan. L. I, 16, p. 39. Wess.

ead. l. 7. Διότι πάντα γίνεται τὰ καλὰ — — διὰ πόνων) Eadem Democriti ſententia, ſuadentis τοὺς πόνους διώκειν, δι' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίνονται τοῖς ἀνθρώποις, in Plut. adv. Colot. p. 1126 A. & Xerxis, qui ad Artabanum μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι apud Herodot. L. VII, 50, & cuius tandem non, modo ne vecors fuerit? Praeclare Philo Iud. de Sacrif. Abel. & Cain. p. 134 B. Ἀρχὴν γὰρ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ θεὸς ἀνέδειξεν ἀνθρώποις πόνον, οὗ χωρὶς τῶν καλῶν παρὰ τῷ θνητῷ γένει συνιστάμενον οὐδὲν εὑρήσεις. Wess.

ead. l. 14. Τῶν ἐν Κάραις — Μακεδόνων) Geminatam mallem caninam literam. *Carrhae* enim intelliguntur, Craſſi poſt dein clade nobilitatae, & ſuperſtitioſo cultu ſub Chriſtianorum imperio infames. Conf. not. in Hierocl. Synecd. p. 714. Wess.

Pag. 403. *l.* 5. Σέλευκος --- ἀνεκτήσατο τὴν Βαβυλωνίαν) Haec ſunt initia nobiliſſimae per Orientem aerae Seleucidarum, quam cum recepta Babylonia & anno primo Olymp. CXVII inchoandam eſſe, clariſſimum in modum patefecerunt viri eruditi. Praeter ceteros inſpice H. Noriſii Epoch. Syromaced. Diſſert. II, 1, p. 70. Wess.

Pag. 404. *l.* 4. Καταπεφρονηκότων καὶ &c.) Lego καταπεφρονηκότως, qua voce utitur alibi, ut ſint copulata duo adverbia καταπεφρονηκότως καὶ ῥαθύμως. Steph. Si cuius animo allubeſcat pro vulgato certare, fruatur arbitrio ſuo.

Mihi H. Stephanus verum aſſecutus videtur. Mox c. 93 de Cille ipſemet Diodorus, στρατοπεδεύειν καταπεφρονηκότως· & de Athenaei militibus c. 95, καὶ ῥαθύμως ἔχοντες τὰ περὶ τὰς φυλακάς· tum interiectis paucis, τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀθηναῖον στρατοπεδευσάντων ΚΑΤΑΠΕΦΡΟΝΗΚΟΤΩΣ. WESS.

ead. l. 10. Τὰ δὲ προσκόπτοντες τοῖς — πραττομένοις) Hoc retinendum cenſeo, tametſi προσταττομένοις non male convenire huic loco videatur. Infra ſimili in re L. XX, 4, ὁρῶν —— δυσχεραίνοντας τοῖς πραττομένοις. Scripturae compendium, ut πράττεσθαι & προστάττεσθαι ab amanuenſibus confunderentur, effecit. Vid. Lib. I, 2, & III, 53 &c. WESS.

ead. l. 14. Ἔφυγε μετὰ τῶν φίλων διὰ τῆς ἐρήμου) Eundem tamen pugnando Seleucus occidit deinceps. Appian. Syr. pag. 197, Νικάτορα, ita hominem appellat perpetuo, κτείνας αὐτὸς ἐν τῇ μάχῃ, τὸν ὑπ' Ἀντιγόνου Μηδείας σατραπεύειν ἀπολελειμμένον. Conf. ibid. p. 200. WESS.

Pag. 405. *l.* 14. Περὶ Μυοῦντα) Syriae hanc urbem, neque enim Ioniae Myuntis ratio ulla eſſe poteſt, alibi reperire non memini. Plutarchus expeditionem Cillae, & quomodo a Demetrio ſit circumventus, memorare non neglexit in Demetrio p. 891 C. ſed nihil de Myunte, in cuius ſcriptione cum ſchedae conſpirent veteres, a ſuſpicionibus abſtineo. WESS.

Pag. 406. *l.* 3. Τὴν ἧτταν ἀναμαχήσασθαι διελήφθη) Si poſterius diſpliceat verbum, quoniam de Demetrio ſermo eſt, διειλήφει aſſumi poteſt. Ἀναμαχήσασθαι neceſſarium videbatur, de quo plura ad L. XVI, 19. WESS.

ead. l. 10. Ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας) Saepe Antigonus amoena iſta in urbe, ſi otium eſſet, morari ſolebat. Inſpice Plut. Demet. p. 891 D. WESS.

Pag. 407. *l.* 12. Ἄκην μὲν τῆς Φοινίκης Συρίας) Lege Φοινικοσυρίας. RHOD. Non opus eſſe, ut quidquam mutetur, videbis ex H. Relandi Palaeſt. L. I, 9. *Acen*, quae Ptolemais deinde fuit, ſupra L. XV, 41, illuſtravimus. WESS.

ead. l. 14. Ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν) Vide C. Sigonium Emendat. L. I, 4, & I. Fr. Gronovium Obſ. L. III, 22. Pervulgatum eſt in praeda, quae aut abigitur, aut aufertur. Herodotus L. I, 88, ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. Ioſeph. Ant. L. II, 10, 1, ἐμβαλόντες εἰς τὴν χώραν, ἔφερον καὶ ἦγον τὰ τῶν Αἰγυπτίων. Aliud longe indicat in his Pſelli de Daemon. Oper. pag. 21, cum de daemone, qui ſe incre-

dibili inſolentia iactarit τῶν ἐπιγείων ἁπάντων δημιουργόν· ἄγειν τε καὶ φέρειν τὸ ἐγκόσμιον πᾶν, i. e. *terreſtrium omnium creatorem, quique res in mundo omnes regat atque adminiſtret.* Quo etiam modo Plut. T. II, p. 486 E. ὁ ἀδελφὸς ἄγει καὶ φέρει πάντα, καὶ θαυμάζεται, *frater adminiſtrat & omnia curat, eſtque in admiratione.* Interpres Pſelli aliud ſectatus eſt. Ceterum ἄγειν ἢ φέρειν ſi commodius autumaveris, ſuccurret Plut. Demet. p. 891 F. ἐκ δὲ τῆς χώρας ὅσα φέρειν ἢ ἄγειν ἠδύνατο &c. Nec res tamen magni momenti. Wess.

Pag. 408. *l.* 3. Ἐπὶ τὴν χώραν τῶν — Ναβαταίων) Imperito amanuenſi debetur νομάδων vocabulum. Vid. Plut. Demet. p. 891 E. in tempore ſuſceptae huius expeditionis Noſtro egregie conſentaneum. Wess.

ead. l. 15. Μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν &c.) Rechabitarum idem olim mos, idem inſtitutum. Ipſimet profitentur apud Ieremiam vatem c. XXXV, 7, imperatum ſibi a maioribus fuiſſe, *Vinum ne bibite in perpetuum, nec vos, nec liberi veſtri: domum ne ſtruite, frumentum ne ſerite, neque vitem plantate, neque ſit vobis illa, ſed in tentoriis habitate ſemper.* Qui quidem Rechabitae cum ex Kineis genus deducant, Kinei vero Iethronis, ſoceri Moſis, eadem olim, quae Nabathaei, loca incolentis, ſint poſteri, apparet ab antiquiſſima aetate hanc vitae diſciplinam in Arabia convaluiſſe, eamque a Rechabitarum maioribus in terram Palaeſtinam fuiſſe importatam. Manſit Saracenis, indidem ortis, eademque Arabiae loca incolentibus, in ſera tempora idem ferme vitae uſus: *nec eorum quiſquam,* verba Ammiani ſunt e Lib. XIV, 4, *aliquando ſtivam apprehendit, vel arborem colit, aut arva ſubigendo quaeritat victum.* Tum poſt pauca, *victus univerſis caro ferina eſt, lactiſque abundans copia, qua ſuſtentantur, & herbae multiplices — & pleroſque nos vidimus* FRUMENTI *uſum &* VINI *penitus ignorantes.* Cetera mitto, id quod dixi, comprobantia. Uberius enim rem declaravi Obſerv. L. II, 2, ubi, ſi tanti putes, vide. Wess.

Pag. 409. *l.* 3. Διαλαμβάνοντες τοὺς ταῦτα κτωμένους &c.) Forte inter cauſas inſtituti & ea fuit, quam Diodorus memorat, quamquam vitae genus, quod amplexi erant, & ſoli, in quo agebant, ingenium, hos mores paene requirebat. Habitabant loca οὔτε σῖτον, οὔτε οἶνον, ut ipſi infra c. 97 aiunt, ferentia: praeterea paſtores erant, incertis ſedibus ſemper vagi. Quare nec frugibus, neque vitium atque arborum culturae, ſtudere ex commodo poterant. Wess.

ead. l. 13. Διαδεχόμενοι παρὰ τῶν κομιζόντων &c.) Confer ſuperius L. III, 42. WESS.

Pag. 410. *l.* 4. Ὀρύγματα μεγάλα ποιοῦσι) Eaſdem ciſternas attigit L. II, 48. WESS.

ead. l. 13. Ποτίζουσι δὲ καὶ τὴν λείαν) His in notar. ſuarum Correct. adſcripſerat Rhodomanus, pro λείαν poſſe etiam legi ἀγέλην, ſed eodem vocabulo tamen iterum Diodorum uti, quod verum eſt, & λείαν non eſſe mutandum clamat. Vide ad huius libri c. 21. WESS.

Pag. 411. *l.* 1. Τὸ πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων καὶ μέλι πολὺ &c.) Puto copulam ſedem ſuam migraſſe, ſcriptumque olim fuiſſe πέπερι καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων μέλι &c. Nam cui bono πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων ſcriberetur? neque enim aliunde haberi poſſe, veteres autumaverunt unquam. Ad mellis eius ingenium indicandum prorſus opportunum erat, ἀπὸ τῶν δένδρων colligi. In Arabia enim variiſque aliis Aſiae locis mel quoddam in arborum folia depluit & concretum colligitur. Polyaenus ὕον μέλι, Amyntas ἀερόμελι, quod in poculis dilutum bibatur, vocat, ſicuti ſuperius L. XVII, 75, declaravimus. Ad hoc Aelianus Hiſt. Anim. Lib. V, 42, ἐν Μηδίᾳ δὲ ἀποστάζειν τῶν δένδρων ἀκούω μέλι. Ariſtoteles Admirand. non longe a principio, φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολύ. Iſidorus Origin. Lib. XX, 2, *ſiquidem huc uſque in India & Arabia colligatum* (mel) *reperitur, ramis inhaerens in ſimilitudinem ſalis.* Quae quidem omnia ad firmandam coniecturam videntur abunde eſſe. Iam cum Ioannis Baptiſtae, in Iudaeae deſertis, ipſaque adeo Nabataeae vicinia, agentis τροφὴ fuerint ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον, S. Matthaeo referente Evang. c. III, 4, non abſurda eorum ſuſpicio eſt, qui hoc de melle cogitaverunt. Vetus ſcriptor in Ἀκρὶς apud Suidam, ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ Πρόδρομος καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ, ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον, MANNA τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται. Et eius ſententiam qui amplexus eſt, Cl. Salmaſius Diſſert. extrema de Manna, tum H. Relandus, hoc ipſo Diodori loco uſus, Palaeſt. L. I, 57. Non me fugit, quid obmoveri poſſit, oppoſitumque illi ſententiae ſit ab Altmanno in Diſſert. quae Tempe Helvetica T. I, p. 61, exornat. Sed revera mel iſtud magis commonſtrat tenuem S. Ioannis victum, quam mel, quod ab apibus in arborum truncis & ſcopulorum rimis deponitur. Et quis illud ἄγριον eſſe dixit? Novi ex Plinii Lib. XI Hiſt. Nat. c. 16, *genus mellis, minime probatum, ſilveſtre,*

quod tamen aliud erat, convehi poſt primos autumni imbres, cum erice ſola floret in ſilvis, ad alvearia ſolitum. Verum deſino, arbitriumque ſuum cuique relinquo. Wess.

ead. l. 7. Ὑπογυίου δ' αὐτοῖς οὔσης πανηγύρεως) Ea eſſe videtur, de qua Diodorus L. III, 43. Wess.

ead. l. 10. Ἀπολιπόντες ἐπί τινος πέτρας) Ita ſi ſcripſit, celſius quoddam ſaxum agri Nabataei intellexit: ego vero dubito. Erat in regione urbs Petra, totius Nabataeae metropolis, e Noſtri L. III, 42, & Strabonis L. XVI, p. 1112, nemini non cognita. In illam conduxiſſe videntur bona, quae moveri poterant, etiam ſenes, uxores, liberorumque capita, praeſertim loco opportuno & ſcopulis incincto poſitam, tametſi, uti ſtatim ſequitur, muris non circumdatam. Omnia quidem certe, quae ſuccedunt, urbem poſtulant. Fors ergo ἐπὶ τῆς Πέτρας fuit olim. Wess.

Pag. 413. *l.* 15. Ταῖς γὰρ εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν &c.) Non abludit Iſidori Peluſiotae L. II, Ep. 296, εἰώθασι γὰρ ἄνθρωποι, οἷς ἀδόκητος μάλιστα εὐημερία ἐπιπίπτει, εἰς ὕβριν χωρεῖν. Verumque adeo eſt & uſu comprobatum, fortius ſaepe adverſas res & prudentius tolerari, quam ſecundas. Δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ, Gobryas elegantiſſime inquit in Xenophontis Cyropaed. Lib. VIII, pag. 175. Wess.

Pag. 414. *l.* 8. Ἐπιστολὴν γράψαντες Συρίοις γράμμασι) Literas Aſſyrias Σύρια γράμματα appellare amat. Vid. L. II, 13, & XIX, 23. Hinc vero diſcimus, Nabataeos Arabes iiſdem olim literis fuiſſe uſos, quibus Aſſyrii & Hebraei: neque diſſiteri Arabes poſſunt, novitia ſua eſſe elementa, ultro agnoſcentes ipſi vetuſtiorum ſua in gente olim uſum fuiſſe, quae ex normae Hebraicae progreſſu *Abgad Hevez* fictis vocabulis appellitabantur. Ordo, nomina, figurae ab Hebraeis non diſcrepabant. Conf. Ed. Pocockium Specim. Hiſtor. Arab. p. 155, & praeter ceteros Alb. Schultens in elegantiſſima Dialect. Clavi c. 2, p. 321. Wess.

ead. l. 15. Βουλόμενος ὑπαγαγέσθαι — εἰς ῥαθυμίαν) Illuſtravit hoc genus And. Dounaeus ad Demoſthen. Orat. de Pace p. 98. Wess.

Pag. 415. *l. ult.* Φέρειν ἄπυρα σῖτα) Supra ἄπυρα σιτία. Sed eodem redit. Conf. Suidam in Ἄπυρα, Euſtathium in Homer. p. 1704, quaeque adſcripta ſunt huius lib. c. 37. Wess.

Pag. 416. *l.* 10. Οὔσης μιᾶς ἀναβ. χειροποιήτου) Vide L. II, 48. Λείαν interpres de *praeda* iterum accipit. Tu pecudum greges intellige. Wess.

Pag. 417. *l.* 2. Βασιλεῦ Δημήτριε) Aut errant Nabataei, aut Demetrio blandiuntur; nondum enim *regis* titulo Antigonus Demetriuſque inſignes erant. Ceterum perſimilis, quod commodum huic loco adſcripſerat Camuſatus, oratio Sandanis eſt ad Croeſum regem apud Herodotum Lib. I, 71. Wess.

ead. l. 6. Εἰς τὴν χρείαν) In Stephanica ἐκδόσει operarum errore εἰς τῆς χρείαν erat: quod vitium bene Rhodomanus correxit. Wess.

Pag. 418. *l.* 1. Ἀλλὰ — δούλους ἕξεις ἀθύμους) Videri poteſt parum hic neceſſarium vocabulum δούλους, neglectum quoque a Reg. 2. & Baſil. quibus tu ſi adſtipuleris, feram equidem, nec proſcribam tamen. Conſtat eo praeſente haud male ſententia. Wess.

ead. l. 13. Κατὰ μέσην τὴν σατραπείαν τῆς Ἰδουμαίας) Lacum Aſphaltiten L. II, 48, in Nabataeorum regione locat: unde non immerito ſuſpectae ſunt, praetereunturque quibuſdam in libris τῆς Ἰδουμαίας voces. Servandae ſi ſint, dicendum erit, Idumaeae provinciam ſuo ambitu lacum iſtum fuiſſe complexam: quam in rem opportuna erunt haec Hieronymi ex Comment. in Obad. c. 1: *Omnis auſtralis regio Idumaeorum de Eleutheropoli uſque Petram & Ailam (haec eſt enim poſſeſſio Eſau) in ſpeculis habitatiunculas habet.* Nam ab Eleutheropoli Palaeſtinae ad Petram Nabataeorum porrecta ſi fuit Idumaea, lacus utique κατὰ μέσην τὴν σατραπείαν τῆς Ἰδουμαίας fuit. Wess.

Pag. 419. *l.* 2. Τῶν καθ' ὕδατος εἰωθότων ζώων) Infinitivum deeſſe, qui cum εἰωθότων iungatur, perſpicuum eſt: eum autem ex pag. 92 (Lib. II, 48,) addere poſſumus, ubi eadem habentur, legiturque εἰωθότων ζώων εἶναι. Steph.

ead. l. 13. Ὀσμὴ — — πνεύματος μοχθηροῦ) Deſit L. II, 48, μοχθηροῦ vocabulum, quam omittendi eius cauſam habuiſſe videntur librarii. Ego retineri poſſe puto: addenda tamen praepoſitio eſt, quam neglectam bene in Addend. advertit Rhodomanus, ſcribendumque μετὰ πνεύματος, ut L. II, 48. Cetera, quae lacum ſpectant, dicto loco illuſtravimus. Wess.

Pag. 420. *l. ult.* Ἐπικάθηνται οὐ πλείω τριῶν) Pro πλείους

nam id & conſtructio & ſenſus exigit. Rhod. Paene praefero *ἐπικάθηνται τρεῖς* ex Regio 1. Solet tamen Diodorus illud *πλείω* novo quodam modo uſurpare adverbii poteſtate inſtructum. Vid. ad L. I, 92, & XIII, 94. Wess.

Pag. 421. *l.* 8. *Οὐ καταδύεται, — ἀλλὰ ἐπινήχεται τοῖς* &c.) Veſpaſianus *ἐκέλευσέ τινας, νεῖν οὐκ ἐπισταμένους, δεθέντας ὀπίσω τὰς χεῖρας, ῥιφῆναι κατὰ τοῦ βυθοῦ, καὶ συνέβη πάντας ἐπινήξασθαι*, in Ioſeph. L. IV B. Iud. c. 8, 4. Mitto Galenum alioſque plures, ab H. Relando Palaeſt. L. I, 38, diligenter in unum conductos. Wess.

Pag. 422. *l.* 1. *Μὴ μιγνυμένης γὰρ ταύτης τοῖς λοιποῖς ἀρώμασιν* &c.) Confer not. in L. I, 91, & quae Io. Nardius obſervavit de bitumine, in ventre cadaverum Aegyptiorum Florentiae animadverſo, ad Lucretii Lib. VI, pag. 637. Wess.

ead. l. 12. *Ἐπιμελητὴν ἔταξεν Ἱερώνυμον*) Non *Ἱερώνυμον*, ſed *Ἀντίγονον*, habet vulgata editio: pro quo *Ἱερώνυμον* ex noſtris exemplaribus recte repoſitum eſſe cum aliis, tum ex Pauſania (Lib. I, 9, p. 23,) liquet. Steph.

Pag. 423. *l.* 1. *Εἰς ἑξακισχιλίους ἐπιπλεύσαντες οἱ* &c.) Ante *ἐπιπλεύσαντες* poſt diſtinctionem pone *καὶ*, & abiice *οἱ* ſubiunctum. Rhod. *Εἰς ἑξακισχιλίους ἐπέπλευσαν ἐν ταῖς — καὶ σχεδὸν* &c.) Ita locum, male antea decurrentem, ex vetuſtis libris inſtauravi. Rhodomani proba fuiſſet medicina, ſi per ſchedas ſtetiſſet. Idem vir doctus paullo ante in Addend. legendum putavit *καὶ τὸ τέλος εἶλε*, quo ſine iactura carebimus. Wess.

ead. l. 10. *Καὶ τῶν — εὐτυχημάτων*) Ferri hoc poteſt: nec pravum tamen, modo ad Nicanorem referatur, *ἀτυχημάτων*. Vide modo libri huius c. 91. Wess.

Pag. 424. *l.* 7. *Τοὺς μὲν αὐτῶν ἐκλιπόντας τὸν Εὐφράτην*) Salebroſa ea ſunt. *Vix fieri poteſt*, ait Rhodomanus in not. Addend. *ut hic locus non ſit mendoſus. Quid enim ἐκλιπόντας τὸν Εὐφράτην eſt? Melius conveniret διαβάντας.* A quo non diſſentio. Edixit Patrocles, ut qui militum Babylone erant, pars Euphratem tranſirent, ſeque in vicina Arabiae deſerta reciperent, ceteri trans Tigrin in Suſianen profecti ſaluti conſulerent. Wess.

ead. l. 9. *Πρὸς Εὐτελῆ καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν*) Prioribus exterminatis *Περσίδα θάλατταν* ſcribatur. Quid enim mare rubrum cum Suſiana propinquitatis habet? Niſi *κατάχρη-*

σιν συνεκδοχικὴν eſſe iudices, de qua ſupra etiam monui. Rhod. Neutrum viri docti iuſtum eſt. Nuſquam ego quidem Eutelem iſtum reperire memini, nec propterea tamen in exſilium ablegandus eſt: namque illum amanuenſes ex ſe tanquam araneos finxiſſe, quis crediderit? Multo minus θάλασσα ἐρυθρὰ in Περσίδα convertenda eſt. Quid enim veterum in ſcriptis vulgatius eo Perſici ſinus titulo? Audi ipſum Diodorum huius libri c. 17 de Paſitigride fluvio, *καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς — εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θάλασσαν*· nam Perſicum ibi ſinum indicari, quiſque videt. Plura ad Rhodomanum in ordinem cogendum appoſita ſunt L. II, 11. Wess.

Pag. 425. *l.* 1. Ὧν τὴν ἑτέραν ἑλὼν) Operae erit pretium Plut. Demet. p. 891 inſpicere. Wess.

ead. l. 7. Ἐν ᾧ — τὴν ἔφοδον αὐτῷ ποιήσασθαι) Praeferent ἄφοδον fortaſſe aliqui, quibus aſſentiri nihil eſt neceſſe. Interpres ſcriptoris mentem belle expreſſit. Wess.

ead. l. ult. Κατεστρατοπέδευσαν ταῖς τῶν Ῥωμαίων παρεμβολαῖς) Quam diverſum hoc a πολεμίων; & quam ridiculum! Rhod. Ph. Cluverius Ital. Antiq. Lib. III, pag. 1037, haec Diodori exſcribens κατεστρατοπέδευσαν ταῖς τῶν πολεμίων παρεμβολαῖς habet, haud dubie ex Rhodomani coniectura, quam neque ego, niſi tu Σαμνιτῶν malueris, improbavero, modo πρὸς ταῖς &c. legatur. Wess.

Pag. 426. *l.* 5. Τήν τε τῶν Φρετομανῶν πόλιν εἷλε) Nulla hoc nomine gens in Italia. Quare in Φρετομανῶν voce corrigenda operam non abutuntur viri docti: e quibus quidem P. Faber Semeſtrium L. II, 7, p. 76, τῶν Σορανῶν Livio favente legit. Is enim L. IX, 24, *Iam Sora*, inquit, *capta erat, -- & quos reliquos fortuna -- fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque -- vinctos Romam deducunt. — Omnes -- virgis in foro caeſi ac ſecuri percuſſi, ſummo gaudio plebis.* Obſtat tamen Fabro haud parum, quod Soranorum ea caedes ante hos duos annos in Livii annalibus peracta ſit, & magnum Σορανῶν inter & Φρετομανῶν vocabula diſcrimen intercedat. Aliud vide Scaligeri ad libri ſui marginem & Ph. Cluverii It. Antiq. L. III, p. 1037, legentium Φρεγελλανῶν· quod ſeſe commendat melius: namque *Fregellas* hoc anno a Dictatore fuiſſe receptas ibid. Livius c. 28 teſtis eſt: diſcrepantia praeterea exigua eſt inter Φρετομανῶν, ſive ΦΡΕΤΕΜΑΝΩΝ, & ΦΡΕΓΕΛΛΑΝΩΝ voces. Ad hoc ſuo ex

Codice τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν citavit C. Sigonius in dict. Livii locum. Quo minus tamen plana omnia ſint, idem in cauſa Livius eſt. Nihil de *Fregellanis* ille, Romam deductis & ſecuri percuſſis. Hoc amplius, ad Fregellas a Dictatore C. Poetelio rem geſtam refert, de Fabio tacens, ſicuti & ſcriptores Capitolini. Ergone alios ſcriptores hac in re duces habuit Diodorus? Quod cum ſaepe alias fecerit, dictu non abſurdum eſt. WESS.

ead. l. 9. Ῥαβδίσας ἐπελέκησε) P. Faber & Lexica vulgata ἐπελέκισε ex hoc Diodori loco proferunt, quo modo Excerpt. Valeſii p. 409, καὶ ῥαβδίσας ἐπελέκισε· tum Eclog. 1 Lib. XXXVI, pag. 906, τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας — ῥαβδίσας ἐπελέκισε. At contra ſcripti libri veniunt, quorum auctoritas exigua erit, ſi valeat Euſtathii decretum, πελεκῶ περὶ ξύλων λέγεται, πελεκίζω δὲ ἐπὶ προβάτων καὶ ἀνθρώπων, in Homer. pag. 1531. Suidas non diſſimilia prodit voc. πελεκῶ, quibus adſtipulari non vereor. WESS.

ead. l. 11. Κελίαν καὶ τὴν Νωλανῶν ἀκρόπολιν ἐξεπολιόρκησε) Urbis *Celiae*, non longo intervallo Venuſia disiunctae, meminit Ptolemaeus Lib. III, 1, p. 74, ſed ea & a Nola multum aberat, & a Livio non memoratur, *qui captae decus Nolae*, ſcribente, *ad Conſulem trahunt, adiiciunt Atinam & Calatiam ab eodem captas.* Haec moverunt Ph. Cluverium Ital. Ant. L. III, p. 1037, ut Καλατίαν praeoptaret. Ego dubito. WESS.

ead. l. 15. Εἰς τὴν νῆσον τὴν Ποντίαν καλουμένην) Concordat Livius L. IX, 28. WESS.

ead. l. ult. Τῆς εἰρήνης ἄρτι γεγενημένης) Credo ἄρτι damnatum ab amanuenſibus eſſe, quod Athenis aliud notaret. Criticos audi ad Ariſtophan. Nub. v. 1148: διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρ' Ἀττικοῖς. ἄρτι μὲν γὰρ, ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ, πρὸ ὀλίγου. Quorum ſententiae cum Atticae eloquentiae princeps non paruerit Demoſthen. initio Orat. de Leg. Falſ. cur tandem in Diodoro non feratur? De pace Agathoclem inter & Meſſenios coalita ſupra c. 75. WESS.

Pag. 427. *l.* 12. Οἱ δὲ Μεσσήνιοι &c.) Fortaſſe evenit hac tempeſtate, quod de Meſſeniorum nobili cive Megacle a Polyaeno proditum eſt Lib. V, 15. Paullo ante Rhodoman. προβούλεσθαι τὴν φιλίαν in not. Addend. corrigit, quem minime ſequor. WESS.

Pag. 428. *l.* 14. Μετεμέλοντο μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις)

Alibi μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις. Sed praepoſitionem, ut libitum eſt, addit & negligit. Conf. Lib. XV, 9, & huius lib. cap. 75. WESS.

Pag. 429. *l.* 13. Ἐπὶ τὴν Κεντοριππίνων πόλιν) Rectius Κεντοριπίνων, etiam poſt pauca, fuerit, uti Lib. XIII, 83, & XIV, 78. WESS.

Pag. 430. *l.* 10. Τὴν μὲν ἐξ Ἀθηνῶν) Videtur deeſſe accuſativus, qui cum τὴν iungatur. STEPH. Praeceſſit φορτηγοῖς πλοίοις, ſequi proin debuerat τὸ μὲν ἐξ Ἀθηνῶν. At Diodori animo obverſabatur vox ναυσί. Memini geminum huic locum in ſuperioribus tractaviſſe. WESS.

ead. l. 14. Περὶ τὴν Βρεττίαν) Si περὶ τὴν Βρεττιανὴν diſcordantes librarii dediſſent, nihil, ut ex Polybio L. I, 56, notum, commiſiſſent abſurdi: nunc eorum amplexi ſunt ſectam, quibus Βρεττίαν & Βρεττανίαν confundere mos turpis fuit. Vide Iſ. Caſaubon. in Athen. L. V, 11, & infra Eclog. VIII Lib. XXVI. WESS.

Pag. 432. *l.* 1. Τὸν Ἔκνομον καλούμενον λόφον) Cognominis cauſam declarat cap. 107 huius libri. WESS.

Pag. 433. *l.* 12. Προσέταξε — τὴν μὲν Ῥωξάνην &c. κατασφάξαι) Non diſſentit Iuſtinus L. XV, 2. Si tamen Pauſaniae credis, Rhoxanen Alexandrumque eius filium Caſſander ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων, L. IX, 7. WESS.

Pag. 434. *l.* 9. Ἐπὶ Πολλίτιον, Μαῤῥουκίνων οὖσαν πόλιν) Non recordatus horum Diodori fuit diligentiſſimus Cellarius, cum poſt *Teate* & *Aternum*, Marrucinorum deſcriptas urbes, ſubderet, *an plura oppida habuerint Marrucini, nullo indicio vel a geographis vel hiſtoricis eſt proditum: nec mirum ſilentium illorum, quia, eodem Strabone teſtante, hae gentes* κωμηδὸν ζῶσιν, *in vicis habitabant magis quam in oppidis*, Geograph. Vet. L. II, 9, p. 763. Nuſquam etiam *Pollitium* a Ph. Cluverio in Marrucinis attingitur, alioqui accuratiſſimo Diodori excerptore. Vicit utriuſque diligentiam L. Camarra de Teate Antiq. L. I, 4. WESS.

ead. l. 11. Καὶ κατῴκισαν τὴν προσαγορ. Ἰντέραμναν) *Et, Interamna & Caſinum ut deducerentur coloniae, ſenatus conſultum factum eſt. Sed triumviros creavere ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes conſules M. Valerius, P. Decius.* Sic viri docti in Livio L. IX, 28, corrigunt rectiſſime. Demiror tamen, neminem ſtabiliendae coniecturae Diodori haec, quibus nihil ad eam rem opportunius, advocaſſe. WESS.

Pag. 435. *l.* 2. Τριήρεις μὲν κατήρτυσαν) Solet plerumque ea in re κατήρτισαν auctor uſurpare: parum tamen refert. Polybius L. I, 29, καὶ τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καταρτύσαντες· & Excerpt. Leg. LXVII, p. 1234, καὶ παραυτίκα καταρτύσαντες τριήρεις &c. WESS.

ead. l. 8. Καὶ ζευγίππας διακοσίους) *Rhedarios* interpres, obſcure. Ego dubito, utri indicentur, deſultoreſne, binos trahentes equos, ἄμφιπποι, de quibus nos alias & Excerpta in Coislin. Biblioth. pag. 508, an bigae, e quibus antiquiſſimo tempore pugnabatur, ſive ζεύγη πολεμιστήρια in Diodori L. I, 54. Poſterius, tametſi ζευγίππας alibi legere non memini, ſimilius vero videtur. Conf. L. V, 21 & 45. Mox Βαλλιάρας, niſi oblitum eorum fuiſſe velis, quae commentatus eſt L. V, 17, reliquiſſe cenſendus eſt. Plures tamen ſcriptorum liquidam in hac voce non geminant, inſulaſque Βαλιαρίδας, uti ſtatim Diodorus, nuncupare aſſolent. WESS.

Pag. 436. *l.* 3. Μέλασι ῥακίοις κατακαλύπτειν τὰ τείχη) De nihilo non eſt Venet. & Baſil. ſcriptura. Solebant Phoenices, quorum Poeni propago, in luctu & poſt gravia delicta σακκίοις, ſive *ciliciis*, ſeſe involvere. Menander in Porphyrii de A. A. lib. IV, 15, de Syris:

——— Εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἰς δ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου. ———

Plut. de Superſt. pag. 168 D. ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς. Cuius utriuſque verba non fugerunt Hug. Grotium ad S. Matth. c. XI, 21, Iudaeorum ſimilem lugendi ritum explicantem. Addo ex Ioſepho Ant. XIX, 8, 2, ἡ πληθὺς δὲ αὐτίκα — ἐπὶ σάκκου καθεσθεῖσα· & de Bello Iud. L. II, 12, 5, οἱ ἄρχοντες — σάκκους ἀμπεχόμενοι καὶ τέφραν τῶν κεφαλῶν καταχέοντες. Atque haec pro σακκίοις. Mos ipſe in publico luctu ſingularis eſt, & ab aliis, niſi fallor, neglectus. Non multum tamen diſſimile, certe eiuſdem originis, quod infra L. XX, 9, proditur. WESS.

ead. l. 12. Καὶ δόξας ἀγαθὸς εἶναι) Vid. Iuſtin. XXII, 3. WESS.

Pag. 438. *l.* 3. Ἦ καὶ νὴ Δία χρημάτων &c.) Nihil hinc demuto: rarior eſt in his Diodori libris aſſeverandi formula νὴ Δία, quae forte librariis eam prorſus omittendi fuit occaſio. Alii cum ſervent, ſatis huic loco opportunam, cur exterminabimus? Statim καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀνέλαβεν bre-

vius extulit loco ἀνέλαβεν εἰς αὐτόν, ut Lib. XX, 4. WESS.

Pag. 439. *l.* 1. Τὸν Ἔκνομον λόφον) Meminerunt eiuſdem Polybius & Plutarchus, docente Ph. Cluverio, & caſtellum *Daedalium*, quo de Antonini Itiner. p. 94, ab hoc Phalaridis non diſtinguente, Sicil. Antiq. L. I, pag. 213. Mihi poſterius longe incertiſſimum ſemper viſum fuit. WESS.

ead. l. 4. Τὸν διαβεβοημένον πρὸς τὰς — τιμωρίας) Eleganter Silius Italicus L. XIV, 211, de Phalaridis tauro:

Ductor Groſphus erat, cuius caelata gerebat,
Taurum parma trucem, poenae monumenta vetuſtae.
Ille, ubi torreret ſubiectis corpora flammis,
Mutabat gemitus mugitibus: actaque veras
Credere erat ſtabulis armenta effundere voces.
Haud impune quidem: nam dirae conditor artis
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro.

Adde, quae adſcripta ſunt L. XIII, 90, Diodori. WESS.

ead. l. 10. Ἦν ποταμὸς, ὃν ἀμφότεροι &c.) Himera eſt, uti ex cap. 109, & L. XX, 3, videbis. WESS.

Pag. 441. *l.* 6. Ὡς ἔτυχε τοῖς &c.) Confer L. II, 50, & not. in L. I, 8. WESS.

Pag. 442. *l.* 4. Οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι μναιαίους λίθους &c.) Latius de his perſcripſit auctor L. V, 17 & 18. Iunge illa etiam, quae conduxit Had. Iunius Animadv. L. I, 2. Suidas in Μναῖος haec habet: οἱ τῶν Βαλιαρίδων νήσων σφενδονῆται μναιαίους λίθους ἔβαλον· quae ex his & proxime praegreſſis a Grammatico fuiſſe concinnata, manifeſto liquet. Scribe tamen in eius excerpto Βαλιαρίδων, ut Diodorus aſſuevit. WESS.

Pag. 443. *l.* 1. Ἡ μὲν μάχη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο) Habet de hoc vocabulo Euſtathius aliqua in Homer. pag. 1047, ſed longius arceſſita. Tu, ſi videtur, recurre ad Lib. XVII, 27. WESS.

ead. l. 12. Καὶ ταῦθ' ἁλυκοῦ τοῦ ῥεύματος ὄντος) Himerae, in Libycum mare evolventis, aquae ſalſae erant. Vitruvius L. VIII, 3: *In Sicilia flumen eſt Himera, quod a fonte cum eſt progreſſum, dividitur in duas partes: quae pars profluit contra Etruriam, quod per terrae dulcem ſuccum percurrit, eſt infinita dulcedine; altera pars, quae per terram currit, unde ſal foditur, ſalſum habet ſaporem.* Sic lege ex ſcripto Franequerano. Vero quidem parum congruit, Himeram fluvium, qui in Tuſcum mare pergit, & eiuſdem nominis alium, in

Libycum mare egredientem, uno fonte ſcaturire, quod veterum ſibi plerique perſuaſerunt, docente Phil. Cluverio Sic. Antiq. L. I, p. 211; conſtat tamen hoc ſalſi ſaporis eſſe flumen, & ab indigenis propterea *Salſi* hunc uſque in diem nuncupari. WESS.

Pag. 445. *l.* 11. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπολιπὼν &c.) Pro ἀπαγαγών. RHOD. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπαγαγὼν &c.) Optime vir doctus. Optaſſem equidem, ut hoc ſaltem in loco Stephanus, &, qui eius ἐκδόσει preſſe inhaeſit, Rhodomanus, aliquam Baſil. editionis rationem habuiſſent. Vitaſſent quidem certe turpiſſimam maculam, quae haec Diodori inquinavit. WESS.

ERRATUM.

Pag. 232. *l.* 7. Προσβαλόμενοι *leg.* προβαλόμενοι.

1283 4-38

PA
3965
D3
1793
v.8

Diodorus Siculus
Bibliothecae historicae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 13 29 05 03 013 2